VICTOriæ:adeptionis rei concupitæ:& maxime in bello:cuius finis uictoria eſt. militaris etenim apparatꝰ omnis eo tendit. VIS:poteſtas:efficacia. REGI:gubernari & conſeruari. QVO ex genere:ſimili qualitate ac natura. CVPIdinis:amoris:& deſiderii. VOluptatis:ſenſibilis delectationis:& iucūdi motus in guſtu maxime & tactu. LVbētinæ.i.uolētis & promptæ: qm̄ ad uenerem ꝓpenſa ſunt omnia:libens dicit uolēs & facilis:& libitina ſiue lubentina uenus:quæ ſic appellata eſt:quoniā ad oīa ueniat. VOCAbula:appellatiōes in numerum deorum relatæ ſunt in templo lubentinæ ueneris omnia funeri celebrādo neceſſaria uēdebantur. rōnem lege apud plutarchum in quæſtionibus. VITIOſarum rerum:culpabilium quoniā in ipſis modus exceditur:& hæc ſententia conuenit ſtoico: qui etiā minimas uitioꝝ fibras euellere nititur: uultq; ſapientem non ſolum perturbationibꝰ uacare:ſed etiā affectibus. NEq; naturalium.i.quas natura bene inſtituta & conſumata non appetit:cum cupidine:& uoluptate:quā ſtoicus ut meretricem e cetu mationaꝝ pellendā cenſet:nec īter prima naturæ numerandā putat. Seruat ergo ſtoici ſupercilii decoꝝ. ALIter exiſtimat: ſecus iudicat. qm̄ in his extremū bonoꝝ oīum colloca

caſus aut ictus extimeſcant:aut morbos metuant ex defatigatione mēbroꝝ. Quæ uerēs Epicurus monogrāmos deos & nihil agētes cōmētus eſt. Illi aūt pulcherrima forma p̄diti puriſſimaq; in regione cæli collocati ita ferunt:moderātur q; curſus: ut ad oīa cōſeruanda & tuenda cōſenſiſſe uideant. Multæ aūt aliæ naturæ deorum ex magnis beneficiis eoꝝ non ſine cauſa & a græciæ ſapiētiſſimis & maioribus noſtris conſtitutæ noiatæq; ſunt. Quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano:id nō ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabant. Itaq; tum illud quod erat a deo natum:nomine ipſius dei nuncupabant. Vt quum fruges cererem appellamus:uinu; aūt liberꝫ. Ex quo illud Terrētii. Sine cerere & libero friget uenus. Tum aūt res ipſa in qua uis ineſt maior aliqua ſic appellatur:ut ea ipſa uis nominet deus:ut fides ut mens:quas in capitolio dedicatas uidemus ꝓxime a M. æmilio ſcauro:ante aūt ab Atilio calatino erat fides conſecrata. Vides uirtutis templum:uides honoris a M. marcello renouatū:qđ multis ante ānis erat bello liguſtico a Quinto maximo dedicatum. Quid opis? quid ſalutis? qđ concordiæ:libertatis:uictoriæ? quarum oīum rerum qa uis erat tanta ut ſine deo regi non poſſet:ipſa res deoꝝ nomē obtinuit. Quo ex genere cupidinis & uoluptatis & libentinæ ueneris uocabula conſecrata ſunt:uitioſaꝝ reꝝ neq; naturaliū:quāq̄ Velleius aliter exiſtimat:ſed tm̄ ea ipſa uitia naturā uehemētius ſæpe pulſant. Vtilitatū igit magnitudine cōſtituti ſunt hi dii:qui utilitates quaſq; gignebant. Atq; his qdē nominibus q̄ pauloante dicta ſunt q̄ uis ſit ī quoq; declaratur deo. Suſcepit autem uita hoium cōſuetudo communis:ut beneficiis excellentes uiros in cælum

bant. EA uitia:uitioſi affectu impellunt:& uexāt hoīs naturā:& uario ardore cruciāt:& torquēt:Trāquillum uitæ ac mētis ſtatū cōturbātes. PVLſant:mouēt:pellūt:ſtimulant. VIS:ſignificatio ptās:& efficacia. SVſcepit aūt: ponit nūc heroes atq; ſemideos quos excellentes uirtutes cælo ſacrarūt:& uota mortaliū:q grato aīo bn̄ficiis rn̄dētes eos ut numina coluerūt a qbꝰ adiuti eēnt & exculti. Ariſtoteles agens de heroica uirtute dicit:hæc feritati opponit & diuina eſt ut Homerꝰ de hectore ppea q̄ eximia bonitate p̄ſtabat dicētē priamū īduxit. Nec iā hoīs ſane mortalis filius ille eſſe uidebatur:ſed diuo ſæmine natus. Quare ſi ex hominibus ob uirtutis excellētiam dii fiunt talis is habitꝰ fuerit q feritati opponit:atq; ut raro fit uirum eſſe diuum ut appellare lacones cōſueuere cū ualde aliquē admirant. dicūt.n. uir diuus hic eſt:ſic & ferus atq; imanis eſt inter hoīes raro. CONſuetudo:uſus & mos gratus acceptis beneficiis. BENEficiis excellentes,i.bene meritos de humano genere:ac merētes:excellentes bn̄ficiis dn̄r qui maxima bn̄ficia contulerunt.

Fama

ſama ac uoluntate tollerent. hinc Hercules. hinc Caſtor & Pollux. hinc Aeſculapius: hinc liber etiã: hunc dico liberum Semele natum: nõ eum quem noſtri maiores auguſte ſanc̃teqꝫ liberum cum Cerere & libera conſecrauerunt: quod quale ſit ex Myſteriis intelligi poteſt. Sed ꝙ ex nobis natos liberos appellamus: iccirco cerere nati nominati ſunt liber & libera: quod in libera ſeruant in libero non item. hinc etiã Romulus: quem quidam eſſe Quirinum putant: quorum quũ remanerẽt animi atqꝫ æternitate fruerentur: dii rite ſunt habiti: quum & optimi eſſent & æterni. Alia uero ex ratione & quidem phyſica magna fluxit multitudo deorum: qui induc̃ti ſpecie humana fabulas poetis ſuppeditauerunt: hominũ autẽ uitam ſuperſtitione omni referſerũt. Atqꝫ hic locus a Zenone trac̃tatus: poſt a Cleãte & Chryſippo pluribus uerbis explicatus eſt. Nã uetus hæc opinio græciam oppleuit. ſ. exſec̃tum Celium a filio ſaturno. Vinc̃tum aũt Saturnum ipſum a filio Ioue: phyſica ratio non inelegans incluſa eſt in impias fabulas. Cæleſtem enim altiſſimam æthereamqꝫ naturam. i. igneam: quæ per ſe ſe omnia gigneret: uacare uoluerunt ea parte corporis: quæ coniũc̃tiõe alterius egeret ad procreandum. Saturnum autem eum eẽ uoluerunt qui curſum & conuerſionem ſpaciorum ac temporum contineret: qui deus græce id ipſum nomen habet. Chronos enim dicitur: qui eſt idem ſpacium temporis. Saturnus aũt eſt appellatus ꝙ ſaturaretur annis: ex ſe enim natos comediſſe fingit̃ ſolitus: quia conſumit ætas tempoꝝ ſpatia: anniſqꝫ ꝑteritis inſaturabiliter explet̃. Vinc̃tus eſt aũt a Ioue ne

FAMA: honore nominis: & gloria. VOLVNtate: grato ſtudio & cura. HERcules qui monſtra domuit: æſculapiꝰ medendis corporibus inſudauit: liber pater uinum exhibuit. HVNC liberum: filium Iouis & ſemelæ quẽ & bacchũ uocamus & bromium: de quo dicetur ſuo loco. NON eum. ſ. liberum quem priſci Romani. AVGVſte: magnifice ac religioſe. SANc̃te: pie caſteqꝫ. LIBErum cum cerere & libera. i. ſolem lunam ſiue terram: & perſophonen. i. ſemẽ rerum omnium. Macrobius agens de ſole ac libero dicit. Hinc Virgilius ſcribẽs liberum patrem ſolem eſſe & cererẽ lunam qui pariter fertilitatibus glebæ & maturandis frugibus uel noc̃turno temperamento: uel diurno calore moderantur. QVOD, quale ſit: quid ſignificet in rerum natura. EX MYSTEriis: arcano ritu ſacrorum pontificiiſqꝫ libris: quibus rationes rerum religionum continentur: & cauſæ profano uulgo ignotæ. SED ꝙ ex nobis: affert cauſam appellationis liberi: ac liberæ conſuetudo ciuilis appellationis hoc effecit: ut filios cereris dicamus liberum & liberam quoniam filios noſtros & filias ita noĩamus. Sol & luna cereris filii dicunt̃ qm̃ e terra oriri uident̃ & mari: q̃uis nõ ita ſit: ſed de his alias. IN Libero non item: libera inquit Balbꝰ etiãnũ dicit̃ filia cereris ꝓſerpina: ſed liber non dr̃ cereris filius abſolute: ideo ad differẽtiam dixit hũc dico liberum ſemelæ natum. Liber inquit Seneca nõ ob licẽtiam linguæ dic̃tus eſt inuẽtor uini: ſed quia liberat ſeruitio curaꝝ aium: aſſerit uegetatqꝫ & audentiorẽ in oĩs conatus facit: ſed ut libertatis ita uini ſalubris moderatio eſt. HINC ex hac conſuetudine. QVIRInũ: q̃ſi haſtatum: ſic enim poſt mortem appellatꝰ eſt ab haſta. Vnde Ouidius in faſtis. Adde ꝙ haſta quiris priſcis eſt dic̃ta ſabinis: Belliger a telo uenit ad aſtra deus. REmanerent: extinc̃to corpore uiuerẽt eſſentqꝫ imortales. RITE: merito iure: rec̃te. OPTImi: perfec̃tiſſimi: & omni uirtute inſignes: & æuo ſempiterno fruerentur. ALIA aũt ex ratione: & alios inquit deos habuimus naturali quadam ratione & cauſa uerum fabuloſa induc̃tos: hanc uiam imprimis aperuit in theogonia heſiodus. PHYſica: naturæ uim ſpeculante ueſtigãteqꝫ: nã quod philoſophi naturæ uenatores atqꝫ interꝑtes ſuis appellationibus explicarunt poetæ ambagibus fabularum & ingenioſe fic̃tis nominibus inuoluerãt. FLVxit: manauit: orta eſt & diffuſa. SPEcie: forma. SVPple ditauerunt ſubin miniſtrauerunt ꝓbuerunt. SVperſtitione: uana religione metuqꝫ inani repleuerunt. HIC locus: hæc ratio phyſica trac̃tata eſt & explanata primũ a Zenone: deinde a poſteris. NAM uetus hæc opinio: repetit ſtoicus uulgatas fabulas & eas phyſicæ interꝑtatur: ut omnis impietas remoueatur & ſuperſtitio. EXSEc̃tum caſtratum priuatumqꝫ membris genitalibus. VINc̃tum: ligatum & compeditum. PHYſica naturam rei explicans & uim. NON inelegans: ideſt concinna elegantiſſima & conuenientiſſima cum omni decoro & gratia. IMPIAS: nefarias & flagioſas: quoniam filius patrem ſecat & ligat: quod eſt contra pietatem: quæ debetur parentibus. CAELEſtem enim rationem huius commenti aperit ſtoicus. PER ſe: ſine alterius commixtione. EA parte: corporis. i. genitalibus membris: cælum dicitur a græcis uranos quaſi oros: ideſt terminus omnium quæ ano: ideſt ſupra ſunt: & quaſi naturæ finitor: dicitur & coſmos: quia ualde ornatur: quidam non inepte fabulati ſunt incudis fuiſſe filiũ: ipſius uim & robur inuentes: & eius ad permanendum aptitudinẽ. CHRONOS: dic̃tus eſt ſaturnus a creno: ideſt perficio. hæc quippe eſt natura temporis: quod motus cæli menſura eſt: & ideo cæli dic̃tus filius. Immoderatum cæli ad terram fluxum tempus coercuit: ideo genitalia diſſonimi patris ut in theogonia fingit Heſiodus: ideſt ꝓbroſi & infamis dicitur ſecuiſſe compeditus dicitur a Ioue Saturnus: quoniam Iuppiter: ideſt uitalis ignis locum ſuperiorem ſortitꝰ eſt: & prima illa rerum confuſio compreſſa eſt: & regno priuata: Iouem ſaturnus non deuorat: quia particularium uita momentanea eſt & fluxa: non tamen uitam omnem corrumpit tempus: ſed permanet illa ſucceſſionibus cuſtodita: ideo dicitur Iuppiter ſubtrahi ſaturno filios deuoranti.

IMMODERAtos:nimios & incōpoſitos:tempus enim dicitur a tenore temperato ipſius cæli:ac ſyderum:quorū
curſus horas:dies menſes & annos metitur:& ideo ſaturnus uinculis ſtellarū alligatur. CONuerſis:mutatis : ut Iup/
piter:Iouis:Zeus græce:dios in caſu patrio. OPTImus:maxima bonitate præditus.i.iuſtitia:liberalitate:benignitate:
magnificentia. MAXImus:potentiſſimus. GRAtius:iucūdius:qm̄ liberalis natura imprimis grata eſt & amatur..
OPES:potentias:uires:regna:imperia. NVNCVpat:appellat ut dictū eſt in pricipio huius uoluminis. SVBLIME
candens:excelſum & ſplendidum cælum. PLAnius:euidentius & apertius.dicit idem Ennius in tragœdia. EXEcra
bor:deteſtabor & maledicam. HOC:ideſt ignem cæ/
li omnia illuſtrantē:qui æther dicitur & Iuppiter. FV
ſum:ſparſum:omnia amplexum. IMMOderatū im/
menſum & infinitum. TENEro molli & leni ambi/
tu. PERhibeto:dicito. SIMIlitudo:propter aliquas
qualitates in quibus conueniunt:leuitate.ſ.& calidita/
te:iuno aptatur Ioui & iungitur.i.aer ætheri.matrē fa/
bulantur eſſe rheam:& patrem Saturnū:quoniam tē/
pore fiunt talia & mutant᷑: EFFOEMInarūt mollem
eſſe dixerunt:& noīe fœminco nuncuparunt. MOL
lius:lenius:nam eius afflatu tepido & ſuaui omnia ui/
uunt. PORtunus a porta.portunus inq̄t Pompeius
putabatur deus eſſe portarum. PLVtos:numen diui/
tiarum apud græcos:& ipſæ diuitiæ. RECIdant:re/
uertantur tandem ad ipſam. PERSEphone:dicta eſt:
qm̄ ſatus ipſoꝝ ſæminum:& terræ cultus eſt laborio/
ſus:& operoſus quaſi pherſepone a phero.i.porto:&
poneo laboro & pono labore.Pluto rapere dicitur fi/
liam cereris:quia ſæmē terræ mandatur & occultatur.
GEMEter.i.terra mater. MAuors.i.bellum & præ/
lium. MInueret:qm̄ prælium omnia ferme īminuit:&
fortiſſimos decimat bellatores. Q.VVMqꝫ in oībus
rebus ponit alias īterꝑtationes ad principium rerū om
nium:& finem pertinentes. VIM:poteſtatem & effi/
caciam. PRIma:principia e q̄bus aliq̄d originatur &
naſcit᷑. EXtrema:ultima.i.fines ad quos oīa referunt᷑
& tēdūt. PRINcipē:primū in honore ſacrificioꝝ uo/
luerūt eē ianū quē chaos priſci appellarūt:a uerbo cheo
q̄d fundo ſignat & uro:ut oñderēt principiū reꝝ fuiſſe
aquā aut ignē ut heraclito placuit.Heſiodus aquā po
ſuit:chaoſqꝫ appellauit a fuſiōe:heſiodū imitat⁹ ē thales
mileſi⁹:& Pindarus aquā dicēs eē q̄d optimū:aq̄ dēſa
efficit terrā:rarefacta uero ſi min⁹ aerē ſi magis ignē:&
hoc mō de elemētis philoſophati ſunt. AB eundo:ut
dicat᷑ ianus q̄ſi ean⁹. DVctū:originatū. PERuiæ:exi
tū hn̄tes & trāſitū. IANI.ſ.dn̄r:eſt aūt ianus hedificiū
fornicatū colūnis ſubnixū & undiqꝫ ꝑuiū : in quo nū/
mularii quondā & argētarii artē exercebāt ſuā. Vn̄ Ho
ratius:poſtq̄ res mea ianū ad mediū fracta ē.& hæc ia/
nus ſūmus ab imo ꝑdocet:& Ouidi⁹ cū tot ſint ianu.
Idē Cicero in officiis ad mediū ianū ſedētib⁹. IANI/
culū iq̄t Pōpeius dictū ē ꝙ ꝑ eū Po.Ro.primit⁹ trāſie/
rit in agrū æthruſicū. PROſanaꝝ:nō ſacraꝝ.Sacrum
eteni & ꝓfanū ſic opponunt᷑:ut publicū & priuatū:ce
lebs atqꝫ marit⁹. HEſtia:Ouidius ī faſtis,ita īterꝑtatur.
Veſta:Eadem ē & terra ſubeſt uigil ignis utriqꝫ.Signifi
cant ſedem terra focuſqꝫ ſuā.Terra pilæ ſiſis nullo ful/
cimine nixa . Aere ſubiecto tā graue pendet onus. Stat
ui terra ſua ui ſtādo ueſta uocatur.Cauſaqꝫ par grai no/
minis eſſe poteſt.At focus a flammis:& q̄d fouet om/
nia dictus.Qui tamē in primis ædibus ante fuit. Hinc
quoqꝫ ueſtibulum dici reor:unde ꝑcamur.& reliqua.
VIS:poteſtas & efficacia.

immoderatos curſus hr̄et:atqꝫ ut eū ſydeꝝ uinclis al
ligaret:ſed ipſe Iuppiter.i.iuuans pater:quē conuer/
ſis caſibus appellamus a iuuādo Iouē,a poetis pr̄ di
uumqꝫ hoīumqꝫ dicit᷑:a maioribus aūt noſtris opti/
mus maximus:& q̄dem ante optimus.i.beneficen/
tiſſimus q̄ maximus:q̄a maius eſt certeqꝫ gratius ꝓ/
deſſe oībus:q̄ opes magnas hr̄e.Hūc igit᷑ Ennius ut
ꝑdixi nuncupat ita dicens.Aſpice hoc ſublime can/
dens quem inuocant oēs Iouē. Planiuſqꝫ alio loco
idē.Cui q̄d in me eſt:execrabor hoc:quo lucet q̄cq̄d
eſt.Hunc etiā augures nr̄i quū dicūt Iouē fulgētem
tonātem dicūt.n.cælo fulgente & tonāte. Euripides
aūt ut multa ꝑclare ſic hoc breuiter . Vides ſublime
fuſum īmoderatum æthera:qui terraꝫ tenero circū/
iectu amplectitur:hūc ſummū habeo diuū:hūc per/
hibeto Iouē.Aer aūt ut ſtoici diſputāt īteriectus īter
cælū & mare Iunonis noīe conſecrat᷑:quæ eſt ſoror
& coniunx Iouis quod & ſimilitudo eſt ætheris &
cū eo ſumma cōiunctio.Effœminarūt aūt eū : Iuno
niqꝫ tribuerunt:ꝙ nihil eſt eo mollius . Sed Iunonē
a iuuando credo noīatam.A qua reſtabat & terra : ut
eſſent ex fabulis tria regna diuiſa. Datū eſt igit᷑ Ne/
ptuno altero Iouis ut uolūt fratri maritimum oē re
gnū:nomēqꝫ ꝓductū ut Portunus a porta:ſic Ne/
ptunus a nādo Paulū primis lr̄is īmutatis . Terrena
aūt uis oīs atqꝫ natura Diti patri dedicata eſt:q̄ diues
ut apud græcos Pluton:q̄a & recidāt oīa in terras:&
oriant᷑ ex terris.Cui ꝓſerpinā q̄d græcoꝝ nomē ē:
ea eni eſt q̄ ꝑſephone græce noīat᷑:quā frugū ſæmē
eē uolūt:abſcōditāqꝫ q̄ri a matre fingūt. Mater aūt ē
a gerēdis frugibus:Ceres tanq̄ geres:caſuqꝫ prima lit
tera itidem mutata ut a græcis:nā ab illis quoqꝫ de/
meter quaſi gemeter noīata eſt.Iam qui magna uer
teret Mauors:Minerua autē q̄ uel minueret uel mi/
naret᷑.Quūqꝫ in oībus rebus uim haberent maxi/
mā:prima & extrema principē in ſacrificādo Ianuꝫ
eſſe uoluerunt:quod ab eundo nomen eſt ductū:ex
quo trāſitiones ꝑuiæ Iani:foreſqꝫ in liminibus ꝓfa/
naꝝ ædiū ianuæ noīant᷑.Nam ueſtæ nomē a græcis:
ea eſt enim quæ ab illis heſtia dicit᷑ . Vis autem eius
ad aras & focos pertinet.Itaqꝫ in ea dea quæ eſt rerū
cuſtos intimarum omnis & precatio & ſacrificatio

extrema eſt:nec longe abſunt ab hac ui dii penates ſi
ue a penu ducto noie.eſt.n.oẽ quo ueſcuntur hoĩes
penus:ſiue ab eo ꝙ penitus ĩſiderẽt:ex quo etiã pe/
netrales a poetis uocant͛. Iã apollinis nomẽ ẽ græ/
cũ:quẽ ſolẽ eẽ uolũt.Dianã aũt & lunã eandẽ eẽ pu
tant:quũ ſol dictus ſit:uel qa ſolus ex oĩbus ſyderib⁹
eſt tãtus:uel qa quũ eſt exortus obſcuratis oĩbus ſo/
lus apparet.Luna a lucendo noĩata ſit:eadem eſt eni
lucina.Itaqꝫ ut apud græcos Dianã eamqꝫ luciferaꝫ:
ſic apud noſtros Iunonem lucinã in pariendo iuo/
cant q̃ eadẽ Diana oĩuaga dicit͛:nõ a uenãdo: ſed ꝙ
ſeptem numeret͛ tanq̃ uagãtibus Diana dicta qa no
ctu quaſi diem efficeret.Adhibet͛ aũt ad partus: ꝙ ii
matureſcũt aut ſeptẽ nõnunq̃ aut ut plerũqꝫ nouem
lunæ curſibus:qui qa menſa ſpatia cõficiunt menſes
noiant͛.Cõcinneqꝫ ut multa Timeus:qui quũ in hi/
ſtoria dixiſſet:qua nocte natus Alexander eſſet:eadẽ
Dianæ epheſiæ templũ deflagrauiſſet:adiunxit mi/
nime id eẽ mirãdum:ꝙ Diana quũ in partu olimpia
dis adeſſe uoluiſſet:abfuiſſet domo.Quæ auteꝫ dea
ad res oẽs ueniret Venerem noſtri noĩauerunt:atqꝫ
ex ea poti⁹ uenuſtas q̃ uen⁹ ex uenuſtate.Videtis ne
igit͛ ut a phyſicis rebus bene atqꝫ utiliter inuentis tra
cta rõ ſit ad cõmẽtitios & fictos deos?q̃ res genuit
falſas opiones erroreſqꝫ turbulentos & ſuꝑſtitiones
pene aniles.Et formæ.n.nobis deoꝝ & ætates & ue/
ſtitus ornatuſqꝫ noti ſunt.Genera ꝑterea: coniugia:
cognationes:oĩaqꝫ traducta ad ſimilitudinẽ imbecil
litatis humanæ.Nam & ꝑturbatis aĩs inducunt͛.Ac/
cepimus.n.deoꝝ cupiditates:ægritudines:iracũdias:
nec uero ut fabulæ ferunt dii bellis ꝑliiſqꝫ caruerunt:
nec ſolum ut apud Homeꝝ quũ duos exercitus cõ
trarios alii dii ex alia parte defenderent:ſed etiam cuꝫ
titanis cum gigantibus ſua propria bella geſſerunt.
Hæc & dicuntur & creduntur ſtultiſſime: & plena
ſunt futilitatis ſummæqꝫ leuitatis.Sed tamẽ his fabu
lis ſpretis ac repudiatis:deus ꝑtinens per naturam cu
iuſqꝫ rei:per terras Ceres:per maria Neptunus: alii p
alia poterunt intelligi qui q̃leſqꝫ ſint:quoqꝫ eos noĩe
cõſuetudo nũcupauerit:quos deos uenerari & cole
re debemus.Cultus aũt deoꝝ eſt optimus:ideqꝫ ca/
ſtiſſimus atqꝫ ſanctiſſimus:pleniſſimuſqꝫ pietatis:ut
eos ſemp pura integra ĩcorrupta & mẽte & uoce ue
neremur.Nõ eni philoſophi ſolũ:uerũ etiã maiores
nr̃i ſuꝑſtitionẽ a religione ſeparauerũt.Nam q totos
dies ꝑcabantur & imolabant:ut ſibi ſui liberi.ſuper/
ſtites eſſent: ſuꝑſtitioſi ſunt appellati:quod nomen

EXTREMA:ultima qm̃ terra imum habet locum
cæteris elementis ambitum:hoc idem ferme ſignificãt
penates. DVCTO:originato a penu quo ea quæ an/
nuo uſui condus recondit ſignificantur. PENItus:
intrinſecus. PENEtrales:quaſi loca ĩtima:& extrema
inſidentes & tenentes: unde penetalia deorum pena/
cium ſacraria dicũtur. APOLLO:dictus eſt tanq̃ ſol/
uens morbos:& ipſos pellens deus qui purgat:inquit
Plato ipſe eſt apoluon & apolyon.i.abluẽs a malis ſol
uenſqꝫ quod apollo ſignificat. TANTVS:tam ma/
gnus magnarumqꝫ uirium. IN SEptem:in numero
ſeptem planetarum. MATVreſcunt:maturitatem ha/
bent & ſuam perfectionem:ac exitum. QVI:curſus
lunæ dicuntur menſes:quoniam temporis ſpacia me/
tiuntur. MENSA:terminata & menſurata interualla
efficiunt. CONcinne:apte:& elegãter. Timeus hiſto/
ricus fuit taurominitanus.eſt autem taurominium li/
torale oppidum ſicilie. EPHEſus:urbs ioniæ clara tẽ
plo dianæ:quod autore ſtrabone heroſtratus quidam
incendit:ut tam inſigni facinore nomen ſibi compara
ret:quod ei non ſucceſſit:nam ut ſcribit Euſtathius di/
ras inſtituerunt epheſii in illum qui heroſtratum no/
minaſſet ut perpetua obliuione illius nomẽ tegeretur.

AD RES omnes:ad procreatiõem rerum omnium
quæ ꝓpriis fœminibus oriuntur:& quoniam natura
ſeminis humani ſpumoſa eſt ideo aphroditis dicta eſt
uenus:aphros græce ſpuma latine. VENVſtas:gratia
ipſius ueneris & formæ. Venuſtum eſt inquit Fabius
quod cum gratia quadam & uenere dicitur. VIDE/
tis ne igitur:opiniones antiquorum inquit Balb⁹ per/
peram intellectæ delyras peperẽrũt ſuꝑſtitiões. TRA
cta ratio:uia & modus. ERROres:confuſiones opi/
nionum & actionum. ANILES:delyris uetulis cõue
nientes. FORmæ:figuræ nobis ſimiles:quæ diuinæ
naturæ non conueniunt.pari ratione dicendum eſt de
natalibus:cognatiõe:affectibus. ORNAtus uarii cul
tus formarum. PERturbatis: cõmotis cupidine:aut
ira. AEGRItudines:merores. CONtrarios:hoſtiles
græcum.ſ.& barbarum ut in iliade fingit homerus.

PROpria:ſua & peculiaria. STVLtiſſime:uaniſſi/
me:leuiſſime:imprudentiſſimeqꝫ. FVTIlitatis:uanita
tis & leuitatis. PERtinẽs:penetrans extent⁹. QVI:
cuius ſubſtantiæ. QVALES:cuius qualitatis & na/
turæ. COLERE:honorare. CASTISſimus:puriſſi
mus. SANctiſſimus:incorruptiſſimus. PIETAtis:
iuſtitiæ:ac ſciẽtiæ diuini cultus. PVRA:ſincera. IN/
tegra:imaculata. INCORrupta inuiolata:impolluta.

MENTE:corde:animo:cogitatiõe.Cor etenim ueræ
religiõis:cæterarumqꝫ uirtutum radix eſt:& fundamẽ
tum:incaſſum ſiquidem uerba funduntur ſi cor non
orat. MAIOres noſtri:priſci Romani: IMOLAbãt:
ſacrificabant:uictimaſqꝫ cædebant mola ſalſa perfuſas.

PATVIT latius: ad multa ſe extendit: nam ſuperſtitioſus dicitur qui uana religione tenetur. RETRActarent: recolerent conſiderarēt. RELEgerent: repeterent: reuoluerēt. EX RElegēdo: quis Ciceronis iudicio ſtādū ſit: & in his maxime q̄ ad linguæ latinæ cultū & uocabuloꝝ originationē ꝑtinent: tñ nō ab re fuerit alioꝝ opiōnē recēſere. Maſſurius Sabinus autore gellio religioſum dixit eē qđ ꝓꝑ ſctitatē aliquā remotū ac ſepoſitū a nobis eſt. Verbum a relinquēdo ductum: ut cerimoniæ a carēdo. hæc ille. Lactantius dicit hoc uinculo pietatis obſtricti deo & religati ſumus. uñ ipſa religio nomē accepit nō ut Cicero īterꝑtatus eſt a relegēdo. Suꝑſtitioſi uocanť q̄ ſuꝑſtitē memoriā defunctoꝝ colūt: aut qui colunt domi parentum imagines tanq̄ deos penates: & ſuꝑſtitioſi ſunt qui multos & falſos deos colūt: hæc Lactantius. PROximū eſt: hæc eſt tertia pars ꝓpoſitionis qua deoꝝ ꝓuidētia mūdū adminiſtrari ꝓbať. MAgnus locus: ampla q̄ſtio: & ſñia reꝑhenſa & diſtricta ab academicis philoſophis oīa in dubiū reuocantibꝰ. VOBIS: epicureis. Q VEMadmodū: quomodo: uia: rōne: ꝑfecte: aut ꝑciſe: ambigue: aut explanate: hoc aūt accidit epicureæ familiæ ꝓpter ignorationē non ſolum dialectices: ſed etiam litteraꝝ. i. grāmatices.

Q VIDq; : aliquid: quodcūq; : unūquodq; enūtietur.

CAVSA incognita: re nō intellecta: & nō bñ examinata trāſlatio a iudiciis in quibus cauſæ iudicanť: & interdū cauſa nō cognita in reꝝ condēnationis ferť ſñia.

ANVM fatidicā: uetulam ꝑſagam. SINGVlarē: ſolam ſeparatā per ſe exiſtētem ſeorſum a ui & natura diuina. GVBERnet: actu & opera. REGAT: conſilio mēte: rōne. PRAECISE: iꝑfecte nō plene. AREOpagi: curiæ athenienſis & ſenatꝰ. Areopagus erat locus eminens e regione ad arcem athenaꝝ ubi publicæ curæ gerebanť. Inde Areopagitæ ſenatores dicti: nomen ductū eſt a Marte & pago q̄ſi uicus martis: SALEM iſtum: facetam deriſionē: & iocum cū cauillo atq; ridiculo. Plinius agēs de ſale dicit. Oīs uitæ lepos & ſumma hylaritas laborumq; requies non alio magis uocabulo cōſtat. NATIO: gens & familia epicurea. IRridendis: mordendis. NON decet: nō cōuenit uobis ignaris: & ineptis. NON datū: nec natura nec arte cōceſſum cū rudes ſitis atq; inſulſi. HOC: nō decere nō datum eſſe nō poſſe. MORIbus domeſticis: ciuili & Romana urbanitate & elegātia. NOSTROrū: romanorum. VRBAnitate ſale: facetiis & iocis. LIMAto: expolito exculto. CVM: partim. PEPErit: īuenit: & autor talis decreti fuit & dogmatis. ARTE: uia & rōne philoſophandi. i. dialectices ignarum. SINE litteris: rudem & expertem litterariæ ſciētiæ. i. grāmatices.

INSVLtantem in omnes: deridentem: Vellicantem: uexantem petulantiſſime. ACVMINE acie ingenii: AVTORItate: grauitate: dignitate: decoro: æſtimatione. SINE lepore: gratia uenuſtate: concinnitate: ſale.

CONſtitutas: compoſitas effectas. DVCITVR: originatur ab ea diſputatione quæ probat eſſe deos: quæ ratio iam tractata eſt. SENTIENTI: intelligenti atq; diuinæ. PVLCHERrime: honeſtiſſime ac prudentiſſime. CONSTItuto poſito & confirmato. ANImātibus principiis: habentibus animam: qm̄ natura intelligens eſſe non poteſt niſi a principiis animatis & ītelligentibus: natura igitur eſt animans ſentiens ītelligens & prouidens. SIMVLAchra: ſimilitudines quaſdam corpoꝝ & umbras. IMAGInes: lineares figuras & ſuperficiarias: quales ſunt monogrāmi: ut dictum eſt.

patuit poſtea latius. Qui aūt omnia quæ ad cultum deorum pertinerent diligenter retractarent: & tanq̄ relegerent: ſunt dicti religioſi ex relegendo: ut eligētes ex eligendo: tanq̄ a deligendo deligentes: ex intelligendo intelligentes. His enim in uerbis omnibus ineſt uis legendi eadem quæ in religioſo: ita factum eſt in ſuꝑſtitioſo: alterum uitii nomen alterum laudis. At mihi uideor ſatis & eſſe deos: & quales eſſent oſtēdiſſe. Proximū eſt: ut doceā deoꝝ ꝓuidētia mundum adminiſtrari. Magnus ſane locus eſt: & a ueſtris Cota uexatus: ac nimirū uobiſcū omne certamē eſt. Nam uobis Vellei minus notuz eſt quēadmodum quidq; dicať. Veſtra. n. ſolū legitis: ueſtra amatis: cæteros cauſa īcognita cōdēnatis: uelut a te ipſo heſterno die dictum eſt: anū fatidicā ꝓnoeam a ſtoicis īduci. i. ꝓuidentiam. Quod eo errore dixiſti: q̄a exiſtimas ab his ꝓuidentiam fingi: quaſi quādā deā ſingularem: q̄ mūdum oēm gubernet & regat: ſed id ꝑciſe diciť: ut ſi q̄s dicat atheniēſium r. p. cōſilio regi deſit illud areopagi. Sic quū dicimus ꝓuidentia mundum adminiſtrari: deeſſe arbitror deorum. plene aūt & ꝑfecte ſic dici exiſtimato ꝓuidētia deoꝝ mūdum adminiſtrari. Ita ſalem iſtuz quo caret ueſtra natio in irridendis nobis nolitote conſumere. Et mehercle ſi me audiatis: ne experiamini q̄dē: nō decet: nō datum eſt: nō poteſtis. Nec uero hoc in te uno cōuenit moribus domeſticis ac noſtroꝝ hominum urbanitate limato: ſed quum in reliquos ueſtros tū in eū maxime: qui iſta peperit hoīem ſine arte ſine litteris inſultantem in oēs ſine acumine ullo ſine autoritate ſine lepore. Dico igitur ꝓuidentia deoꝝ mundū & oēs mundi partes & initio conſtitutas eſſe: & omni tempore adminiſtrari: eamq; diſputationem tres in ꝑtes noſtri fere diuidunt: quaꝝ prima pars eſt quæ duciť ab ea rōne quæ docet eē deos: quo conceſſo cōfitēdū eſt eoꝝ cōſilio mūdū adminiſtrari. Secūda eſt aūt q̄ docet oēs res ſubiectas eē naturæ ſentienti: ab eaq; oīa pulcherrime geri: quo cōſtituto ſequiť ab animātibus principiis eam eſſe generatā. Tertius eſt locus: qui duciť ex admiratiōe reꝝ cæleſtiū atq; terræſtriuz: Primū igiť aut negandum eſt deos eſſe: qđ & Democritus ſimulachra & Epicurus imagines īducens

Quodam

quodã pacto negat:aut qui deos eſſe concedant:his
fatẽdũ eſt eos aliqd agere:idq; p̃clarꝝ.Nihil eſt aũt p̃/
clarius mũdi adminiſtratiõe:deoꝝ igit᷑ cõſilio admi
niſtrat᷑.Q d᷑ ſi aliter eſt:aliqd p̃fecto ſit neceſſe eſt eẽ
& melius & maiore ui p̃ditum q̃ deos:qle idcũq; eſt:ſi/
ue in aĩa natura:ſiue neceſſitas ui magna ĩcitata hæc
pulcherrima opera efficiens q̃ uidemus. Nõ eſt igit᷑
natura p̃potens neq; excellens ſi qdem ea ſubiecta ẽ
eiuel neceſſitati uel naturæ qua cælum maria terræq;
regant᷑:nihil eſt aũt p̃ſtantius deo:ab eo igit᷑ neceſſe
eſt mũdum regi.Nulli igit᷑ eſt naturæ obediens aut
ſubiectus deus:oẽm ergo regit ipſe naturã . Etenim
ſi concedimus ĩtelligentes eẽ deos:cõcedimus etiã
p̃uidẽtes & reꝝ qdẽ maximaꝝ.Ergo utrũ ignorant
quæ res maxime ſint:quoq; hæ mõ tractãdæ & tuẽ/
dæ:an uim nõ hñt qua tãtas res ſuſtineãt & gerant?
At & ignoratio reꝝ aliena naturæ deoꝝ ẽ:& ſuſtinẽ/
di muneris pp imbecilitatẽ difficultas mĩme cadit in
maieſtate deoꝝ:ex quo efficit᷑ id qđ uolumus deo/
rũ p̃uidentia mundũ adminiſtrari.Atqui neceſſe eſt
quũ ſint dii:ſi mõ ſint:ut p̃fecto ſunt:aĩantes eẽ:nec
ſolum animantes:ſed rõnis cõpotes:inter ſeq; quaſi
ciuili cõciliatione & ſocietate cõiũctos:unũ mũdum
ut cõmunẽ.r.p.atq; urbem aliquã regẽtes, ſequit᷑ ut
in his ſit eadem q̃ in genere humano rõ:eadẽ ueritas
utrobiq; ſit:eademq; lex q̃ eſt recti p̃ceptio : prauiq;
depulſio:ex quo ĩtelligit᷑ prudẽtiã quoq; & mẽtẽ a
deis ad hoĩes p̃ueniſſe:ob eãq; cãm maioꝝ inſtitutis
mẽs fides uirtꝰ cõcordia cõſecratæ & publicæ dedica
tæ ſũt. Q uæ q cõuenit penes deos eſſe negare:quũ
eoꝝ auguſta & ſctã ſimulachra ueneremur? Q d᷑ ſi ĩ
eſt in hoĩum gñe mẽs fides uirtus cõcordia. Vñ hæc
in terrã niſi a ſup̃is defluere potuerũt? Q uũq; ſint ĩ
nobis cõſiliũ rõ prudẽtia:neceſſe ẽ deos hæc ip̃a hr̃e
maiora:nec hr̃e ſolũ:ſed ẽt his uti in maximis & opti
mis rebꝰ.Nihil aũt nec maius nec melius mũdo:ne/
ceſſe ẽ ergo eũ deoꝝ cõſilio & p̃uidẽtia adminiſtrari.
Poſtremo quũ ſatis docuerimus hos eẽ deos quoꝝ
ĩſignẽ uim & illuſtrẽ faciẽ uideremus:ſolẽ dico & lu
nã & uagas ſtellas & ierrãtes:& cælũ & mundũ ip̃m
& eaꝝ reꝝ uim q̃ ineẽt ĩ oĩ mũdo cũ magno uſu &
cõmoditate generis humani:efficit᷑ oĩa regi diuina
mẽte atq; prudentia. Ac de p̃ria qdem p̃te ſatis dictũ
eſt.Sequit᷑ ut doceã oĩa ſubiecta eẽ naturæ:eaq; ab ea
pulcherrime regi. Sed qd ſit ip̃a natura explicãdũ eſt
añ breuiter:quo facilius id qđ docere uolumus ĩtelli
gi poſſit.Nãq; alii naturã eẽ cenſent uim quãdã ſiue

Q VODAM pacto:aliquo modo nam & ſi uerbis
deos ponit.re autem tollit:cũ eam formã ponat quæ il
lis nullo mõ aptat᷑:ut in primo uiſum eſt. PRAEcla/
ru3:ſumma prudẽtia & ſap̃ia dignũ:ne ocio marceſcat
ut Epicurus euomuit. SI aliter eſt:ſi non adminiſtrat᷑
deorum conſilio:erit aliqua alia uis maior diuina. qđ
eſt abſurdiſſimũ. MElius:p̃fectius. VI:robore potẽ/
tia:& efficacia:qualecunq; id eſſe concedat᷑ ſiue in ani/
mum:ſiue qđdam neceſſarium & fatale. INANIma
natura:bruta:ſtolida:ĩſenſata. NECESſitas:fatalis q̃/
dam poteſtas rebus omnibus neceſſitatem imponens:
unde illud Senecæ ĩ œdipo tragœdia:Fatis agimur cre
ditæ fatis.Non ſollicitæ poſſunt curæ mutare rati ſta/
mina fuſi. INCItata:impulſa & coacta magno impul
ſu. NON eſt natura p̃potens.i.quæ ſupra deum uires
habeat:& rõ quare non eſt:qm̃ paret neceſſitati & ob/
tẽperat ut inferior naturæ ſuperiori qua omnia regunt᷑.
& gubernant᷑:& hæc eſt natura diuina:qua nihil eſt p̃/
ſtantius:ſequit᷑ ergo ut oẽm regat naturã. ETEnim:
certe ſi deo prouidentia tribuitur:erit illa circa res ma/
ximas quæ deo notæ ſunt:& illas obire poteſt citra la/
borem cum ſit oĩpotens.Nihil aũt mundi adminiſtra
tiõe maius:illa igitur deo imprimis cõuenit. INTEL/
ligentes:cognoſcentes uim rerum oĩum. PROuidẽ/
tes:procurantes:& regentes. TRActandæ:procuran
dæ & prouidendæ. TVENdæ:conſeruandæ : cuſto/
diendæq;. VIM:robur:poteſtatem. SVSTIneant:gu
bernent. GErant:tractent. SVſtinendi:ferendi: MV
neris:oneris ipſius gubernationis & officii. IN MA
ieſtatem:amplitudinẽ uirium & omnipotẽtiam. AT
qui neceſſe eſt:probat iam a ui diuini muneris.i.rõne:
atq; prudẽtia mortaliũ generi collata eſſe in deo eximiã
rõnem excellẽtiſſimãq; prudẽtiã:qua mũdus ipſe rega
tur. AT qui certe. CONciliatiõe:amicitia ad ſimi/
litudinẽ ciuilis cõiunctionis:& cõcordiæ. RATIO:
mens:cõſiliũ. VEritas:fides:certitudo & modus ĩtel/
ligendi citra uanitatem:atq; errorem:quæ ueritas utri/
uſq; rõnis obiectum eſt:& ideo uerum aliquando pro
decenti ponitur:cum nihil ſit qđ rõnem magis deceat
q̃ ueritas. Vnde Horatius:Metiri ſe quẽq; ſuo modulo
ac pede uerum eſt.Et quos ultra citraq; nequit cõſiſte/
re uerum:& apud eundem in libris definibus:dicet na
tura non eſſe uerum:ideſt non decere. LEX:formula
ciuilitatis & uitæ. INSTItutis:ciuilibus ordinationi
bus. CONSEcratæ:relatæ in uim diuinam & publi/
cis dignatæ honoribus. Q VI:quomodo. AVGV
ſta:conſecrata & ueneranda. POSTREmo:ultima ra
tio ſumpta ab his commodis quæ in genus humanũ
cæleſtia & diuina conferũt corpora:quod profecto nõ
fieret ſi deus humana hæc & inferiora non curaret.
SEQ VItur ut doceam:ſecunda pars qua ſubiecta eẽ
omnia ſentienti naturæ concluditur. NANq; alii:po
nit definitionẽ naturæ:quæ ut finit Ariſtoteles in phy
ſicis eſt p̃cipium quoddam & cauſa ut id moueatur
atq; quieſcat in quo primo per ſe & non per accidens
ineſt. Aliqui autem dixerunt naturam eſſe rationem di
uinæ artis inditam rebus quæ ab ipſa mouentur ad fi/
nem. VIM:potentiam.

rõnẽ cientẽ motus in corpibus neceſſarios. Alii aũt uim pticipẽ rõnis atq; ordinis tanq̃ uia ꝓgredientem: declarantẽq; qd cuiuſq; rei cã efficiat: qd ſequat: cui⁹ ſollertiã nulla ars: nulla manus: nemo opifex cõſeq poſſit imitãdo. Sæminis. n. uim eẽ tantã: ut id q̃q̃ ſit pexiguũ: tñ ſi iciderit in cõcipientẽ cõprȩhẽdentẽq; naturã: nactũq; ſit materiam qua ali augeriq; poſſit: ita fingat & efficiat i ſuo quidq; gñe: ptim ut tm̃ mõ p ſtirpes alant ſuas: ptiꝫ ut moueri ẽt & ſentire & appetere poſſint: & ex ſeſe ſilia ſui gignere. Sunt aũt q oĩa naturæ noĩe appellent: ut Epicurus: qui ita diuidit: oĩum quæ ſint naturã eſſe corpora & inane: q̃q; his accidant. Sed nos quũ dicimus natura cõſtare: adminiſtrariq; mundũ: nõ ita dicimus ut glebã aut fragmẽtũ lapidis: aut aliqd eiuſmodi nulla cohærẽdi natura; ſed ut arborẽ ut aĩal: in qbus nulla temeritas: ſed ordo apparet: & artis q̃dam ſimilitudo. Quod ſi ea quæ a terra ſtirpibus cõtinent arte naturæ uiuunt & uigent: profecto ipſa terra eadẽ ui cõtinet arte naturæ: qppe q̃ grauidata ſæminibus oĩa pariat & fundat ex ſeſe: ſtirpes amplexa alat & augeat: ipſaq; alat uiciſſim a ſuperis externiſq; naturis. Eiuſdemq; expirationibus aer alitur & æther & oĩa ſidera: ita ſit terra natura tenet & uiget: eadẽ rõ in reliquo mũdo tenetur. Stirpes terræ inhærẽt: aĩantes aũt aſpiratiõe aeris ſubſtinent: ipſeq; aer nobiſcũ uidet: nobiſcũq; audit: nobiſcũ ſonat. Nihil. n. eoꝝ ſine eo fieri põt: qn etiã mouet nobiſcum. Quacũq; enim imus quacũq; mouemur uidetur quaſi locum dare & cedere: quæq;

RATIOnẽ artẽ. ORDInis: ꝓgreſſus tendẽtis ad finẽ. VIA: rõne: arte: mõ: mẽſura. CAVSA cuiuſq; rei: ad quem finẽ tẽdat. QVID ſequat: qd ſibi ꝓpoſuerit tanq̃ ſignũ: & ultimũ terminũ: ac ſũmã. ARIſtoteles: concludit naturã agere pp finẽ his uerbis, patet igit naturã eẽ cãm: & ita ut alicui⁹ gr̃a faciat: ea inqt cõſtare natura dr̃ q̃ quodã pricipio intrinſeco ſemp mouent & ad quẽdã ꝑueniũt finẽ: ab unoquoq; aũt nõ ad eundẽ ſingula neq; ad quẽuis: ſemp tñ ad eũdẽ niſi qd obſtiterit ꝑgũt. SOLlertiã: acumẽ: rõnẽ: artificiũ. CONſeq: attingere. Ars eteni naturã imitat q̃datenus põt. VIM: potẽtiã: & q̃ſi artẽ. NATVrã cõcipientẽ: aptã cõceptib⁹: & bñ diſpoſitã rẽ naturalẽ: & terrã bñ ſubactã & cõcinatã: & genitalis loculos. NActũq; ſit materiã. i. inuenerit cõueniens fomẽtũ: & alimẽtũ. ALI: foueri: ſuſtentari & creſcere. ITA fingat: ſic formet: & ꝑficiat unũq̃dq; in ſuo gñe & q̃litate ad eum finẽ quẽ hñt uegetabilia & ſenſibilia. PER ſtirpes: radices q̃ ſugunt e terra alimẽtũ. MOVERI: cieri locali motu: & ſenſus hr̃e atq; appetitiões reꝝ neceſſariaꝝ ad uitã tuẽdã: huc uſq; natura ꝓcedit in brutis: & ut ſilia ſibi ſpẽ ꝓducãt.

SVNT aũt: nũc oſcitãtis Epicuri opionẽ ponit dicentis naturã reꝝ oĩum eẽ plenũ: & uacuum. i. atomos: & inane: p qd ueluti locũ corpa mouerent: q̃ ille opinabatur reꝝ oĩum ſæmina. HIS: coporib⁹: & inani. SED nos: aperit ſuã mẽtem ſtoicus ut liqueat qd ſit mundũ natura adminiſtrari. CONſtare: uigere: teneri: fulciri: ſuſtineri. ADMIniſtrari: regi & gubernari. itelligim⁹ p naturã uim quãdã: ordinãtẽ: & artificioſam: q̃lis apparet in arborib⁹: & aĩantib⁹: in qb⁹ uia q̃dã & arte ad finẽ tendit: nõ ſic eſt inqt in partib⁹ a toto ſegregatis ut gleba: lapide: & ſilib⁹. talia. n. facile reſoluunt & corrũpunt. EIVSmodi tale: ac ſilẽ aut eiuſdẽ generis & q̃litatis. NVLLA cohærẽdi natura: naturali aptitudine ac ui ad ſubſiſtẽdi cõiũctionẽ: gleba ſiq̃dem terræ auulſa nõ eſt in ſua natura: nec cohæret ad ꝑmanẽdũ: & ordinẽ nõ hẽt a natura datũ. i arbore aũt tota terra: & aĩalibus ordo naturæ apparet: & uis qua cõſtãt: ſuſtinent: & ad ꝓpriũ finẽ tendũt niſi ipediant. TEmeritas: cõfuſio õrni auerſa: & mẽti. ORDO: rõ ꝓgreſſus a prio ad ultimũ qd natura ſibi ꝓponit. ARtis uiæ & rõnis: ars. n. ẽ habit⁹ cũ rõne effectiuus. STIRpib⁹: radicib⁹: ARTE: rõne: ordine: & uia. VIuũt: aĩam hñt altricẽ. ET uigẽt: uigorẽ hñt: pubeſcũt: & ꝑficiunt. CONtinet: ſuſtẽtat. ARTE: rõne: cõſilioq;. GRAuidata: repleta: & fecũdata ui ſæminũ FVNdat: emittat. VIciſſim: ꝑuices & alternatiões. A SVperis: leuiorib⁹ elemẽtis: ut aq̃: aere: igni: reliqſq; cæleſtib⁹ terrã alentib⁹ & fecũdãtib⁹. EXternis: extrinſecis. EIVSdẽ: terræ aqs ad mixtæ: nã unã uident naturã efficere. EXſpirationib⁹: exhalatiõib⁹ uaporib⁹ & fumis: qb⁹ aer alit & renouat. AETHER: ignis. ET oĩa ſydera: q̃ ſtoici opinati ſũt hũorib⁹ ali. TEnet: ſuſtẽtat: & uegeta ẽ. EAdẽ rõ: ars: uia: & modus eſt & tenet in toto mundo. i. natura uniuerſa quã diuina mẽs fouet: uegetatq;. STIRpes: enumerat ptes totius. arbores inquit alunt radicibus: aĩantes afflatu aeris: qui hominibus ꝑbet uiſum: auditum: uocẽ & oderatũ: nam hi ſenſus per medium aerem bene & apte diſpoſitum uim exercent ſuam ſenſibilia etenim. i. obiecta ſenſuum propria ſuper ſenſus poſita non ſentiuntur. SONAT: uoces effingit. MOVETVR: dat nobis facilem motum: cum ſit corpus rarum & lene: cedatq; facillime: quod non contingit per terram & aquam quum denſiora ſint & concretiora. QVASI locum: uacuum quoddam & receptaculum: quaſi autem dixit cum per quãdam tranſlationem loquatur non datur quippe in natura uacuũ: quapropter Ariſtoteles dixit locũ eſſe ultimã ſupficiẽ corporis ambientis locatũ. QVAEq;: oĩa grauia inqt imũ locũ appetẽtia: & oĩa leuia ſuperꝝ: & circularis motus cæleſtium corpoꝝ efficiũt naturã uniuerſam. MVNDI: totius cæli. terra enim eſt cẽtrũ circa qd cælũ uoluit. Vñ heſiodus igenioſe finxit in theogonia e chao natã eẽ terrã latũ pectus habẽtem: & tutũ pauimentũ deoꝝ imortalium: & peperiſſe ſibi æquale ſtellatũ cælũ. rõ aũt eſt qa terra puncti rõnẽ ad ambitũ cæli & circũferentia hñs cã eſt circularis formæ i pſius: æquale dr̃ terræ: qñ oẽs cæli ptes æq̃ diſtãt a terra: q̃ dr̃ pauimẽtũ cæloꝝ: qñ omne qd mouet imobili naturæ initur: firmamentum uero cæleſtis motus eſt medius mundi locus qui & infimus in globo dicitur: libraturq; terra ſuis ponderibus & hæret immobilis.

MEDIVM locum terram. A MEDIO:a terra ad cælum. ROTVNDA:circulari. FERVNTVR:uoluuntur circa terram. CONTINENTEM:continuatam & connexam:quoniam partes inuicem ſe fulciunt. VNAM:totam e pluribus membris conſtantem & coagmentatam. ET CVM quatuor:quatuor membra totius naturæ:ideſt elementa inuicem ſe generantia continentem:& indeficientem efficiunt naturam. RETRORSVM:mutato ordine a primo ad ultimum. VICISSIM:per uices & uariationes ordinis atq; progreſſus:denſus ignis efficit aerem: denſus aer aquam:denſa aqua terram. HIS NAturis:elementis. COMMEANTIbus:confluentibus nunc ad tenuitatem: nunc ad denſitatem. CONTINETVR:connectitur & coagmentatur. Q VAE:coniunctio aut ſemper manebit aut diu:hæc fuit ſtoicorum opinio. Sacra ueritas finem mundi tenet futurum ad ſummi conditoris arbitriũ. VTRVMuis:alterꝝ de duobus. VT:q̃uis ſit hoc uel:illud tamẽ ſequitur qm̃ natura adminiſtrari:qđ probat exemplo artium aut particularis naturæ.

in medium locum mundi qui eſt infimus: & quæ a medio in ſuperum:quæque conuerſione rotunda circum medium feruntur:ea continentem mundi efficiunt unamq; naturam. Et quum quattuor ſint genera corporum: uiciſſitudine eorum mundi continuata eſt natura. Nam ex terra aqua: ex aqua oritur aer:ex aere æther: deinde retrorſum uiciſſim ex æthere aer:ex aere aqua: ex aqua terra infima: ſic naturis his e quibus omnia conſtant ſurſum deorſum ultro citroq; commeantibus mundi partium coniunctio continetur. Q uæ aut ſempiterna ſit neceſſe eſt hoc eodem ornatu quem uidemus: aut certe perdiuturna: permanens ad longinquum & immenſum pene tempus: quorum utrumuis:ut ſit ſequitur mundum natura adminiſtrari. Q uæ eniȝ claſſium nauigatio: aut quæ inſtructio exercitus? aut rurſus ut ea quæ natura efficit conferamus. Q uæ procreatio uitis aut arboris:quæ porro animantis figura: conformatioq; membrorum tantam naturæ ſollertiam ſignificat quantam ipſe mundus? Aut igitur nihil eſt quod ſentiente natura regatur: aut mundum regi conſitendum eſt. & enim qui reliquas naturas omnis earumq; ſæmina contineat: qui poteſt ipſe non natura adminiſtrari? Vt ſiquis dentes & pubertatem natura dicat exiſtere: ipſum autem hominem cui ea exiſtant non conſtare natura. Q uis non intelligat quæ efferat aliquid ex ſe perfectiorem habere naturam q̃ ea quæ efferantur. Omnium autem rerũ quæ natura adminiſtrantur ſæminator & ſator & parẽs:ut ita dicã:atq; educator & altor eſt mũdus:oĩaq; ſicut mẽbra. & ptes ſuas

NAVIgatio:gubernatio nautica quæ magnam requirit ſollertiam & induſtriã. INSTRVctio exercitus:ars militaris diſponens acies ad uictoriam. CONferamꝰ: cõparemus ea quæ ad ſingulas naturas ptinẽt. PORro:certe. FIGVRA:forma:& facies. CONformatio: effigiatio. SOLlertiam:acumẽ:artem:rõnem cõſiliũ.

IPSE mundus:cuius forma nobiliſſima eſt & ornatiſſima. Vnde nomen accepit. Coſmos enim dictus eſt a græcis:mũdus a latinis:inde mũdus muliebris. ET enim:ratio quare ſentiendum ita ſit:qm̃ omne totum maius eſt atq; nobilius ſuis partibus quæ ſi natura ſuſtinentur multo magis totũ. CONtineat:cõphendat:cõplectat̃ atq; ſuſtineat. Q VI:quomodo. ADminiſtrari:ſuſtineri & gubernari a cõmuni natura quæ diuina eſt & oĩum bonorum cauſa. VT ſiquis:ſimilitudine probat abſurdũ eſſe ſi aliter putetur & æſtimet̃.

PVBERtatem:primã lanuginẽ quæ ab anno quarto decimo pululat. EXIſtere:apparere pululare:ineſſe. EXIſtant:innaſcant̃:& inſint. CONſtare:ſuſtineri: eſſe:gubernari ac foueri. Q VIS non intelligat:ꝓbat naturam eẽ ſentientem.i.habere in ſe rõnem uel maximam:eam uero naturam intelligit Balbus quæ appellatur a ſtoicis mundus & deus. Ariſtoteles dixit eẽ brutam:& principium ut aliquid per ſe moueat̃:atq; quieſcat:quæ natura regitur a cauſa ſuperiore cum ex ſe nullam habeat rationem. Zeno ſtoicoꝝ princeps autore laertio ſic finiuit. Natura eſt habitus ex ſe ipſo motum accipiens ſecũdum ſæminalẽ rõnem efficiens & continẽs ea quæ ſunt. Et natura dicit̃ aliquãdo a ſtoicis uis quæ mundũ continet. Aliquãdo quæ germinare humũ facit. eſt igitur horum uerboruȝ ſenſus cuiq; notũ: & eam naturam eẽ p̃ſtantiorẽ quæ ex ſe gignit & creat aliquid q̃ id qđ genitum eſt & creatum. Mundus autẽ oĩa ex ſe generat:ergo generatis oĩbꝰ naturis p̃ſtãtior ẽ.

Q VAE efferat aliqđ ex ſe.i.creet:& ꝓducat qppiam propria ui:ſuaq; ſponte:ac natura. NATVras:q̃litates & excellẽtiores ꝓprietates q̃ habeant ea q̃. EFFErant̃.i.ꝓcreent̃:& ꝓducant̃. NATVra:ui naturali & diuina. SAEminator:ꝓcreator:qm̃ uim hẽt ſæminalẽ in ſe mũdus. ad illud aũt hoc refert̃: quæ efferat aliqđ ex ſe. SATOR:plãtator. Vñ Horatius in primo carminũ inqt. Nullã uare prius ſacra uitæ ſeueris arborẽ. Serere eſt terræ mãdare. PArens: generator p quãdã trãſlationem:ideo addidit ut ita dicã. ALTOR:collator alimentoꝝ. MVNdus:natura ipſa cõmunis:quæ uim habet diuinã. Mundũ inqt Laertius tripl'r dicunt ſtoici. Interdũ deum qui incoruptibilis ſit & ĩgenitus opifex tanti operis. Mundum etiam dicunt cæli ornatum. Dicunt etiam mundum ex utriſq; compoſitũ.i. terrenis atq; cæleſtibus. Seneca ſtoicoꝝ doctiſſimus agens de Ioue li. primo naturaliũ quæſtionum dicit. Ne hunc qdem crediderunt Iouem eſſe qualem in capitolio & in cæteris ædibus uidemus mittere manu fulmina. ſed eũdẽ quẽ nos Iouẽ intelligunt cuſtodem rectoremq; uniuerſi animum ac ſpiritum mundi huius operis dominum & artificem. Vis illum fatum uocare non errabis:hic eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia ex quo ſunt oẽs cauſæ cauſarum. Vis illum prouidẽtiam

dicere:recte dices.eſt enim cuius conſilio huic mundo prouidetur:ut in cõcuſſus hereat & actus ſuos explicet uis illum
naturam uocare non peccabis.eſt enim ex quo nata ſunt omnia:cuius ſpiritu uiuimus. Vis illum uocare mundum nõ
falleris:ipſe enim eſt totum quod uides totus ſuis partibus inclytus:& ſe ſuſtinẽs & ſua.Idẽ & æthruſcis uiſum eſt:&
ideo fulmina a Ioue mitti dixerunt:qa ſine illo nihil geritur. NVTRICATVR:fouet more nutricis:nutricari quon/
dam dicebatur pro nutricare ut fabricari pro fabricare.& Nonius teſtem in hoc loco citat Ciceronem:nec non Varro/
nem atq; Aſtranium. NATVra:ui naturali atq; diuina. ADMIniſtrantur:fouent & gubernant. EX his naturis:na
turalibus principiis:& uim diuinam habentibus id ef/
fectum eſt quod eſt in ſuo genere optimũ & perfectiſſi
mum. DOceat:rõnib⁹ & exẽplis oſtendat. VSVM:
utilitatem & cõmoditatẽ utẽtium. SPEciem:aſpectũ:
formam:figuram. FORtuita:caſu effecta:ut Epicurei
ſomniarũt. EO ſtatu:conditione & qualitate:in qua
ſine moderatione ſentientis naturæ conſtare aut pma/
nere nõ potuerũt. COhærere:coniungi copulari:atq;
perſiſtere. SENſu:intelligentia quadã diuina modũ
tribuente:nec nõ analogiam quã noſtri proportiõem
uocant.res enim uinctæ ſunt per quãdam ratam rõnẽ:
& ſympathiam.i.naturæ conſenſum.talis igiť ſtatus ci
tra rõnem ſtare nõ potuit. RAtionis:itelligẽtiæ:mo/
di:uiæ:atq; conſumatiſſimæ artis. QVI igitur cõue/
nit.Abſurdum inquit eſt creaturis artẽ ttibuere:& crea
torem rationis & artis expertẽ putare. QVI:quomõ.
CONuenit:decens eſt & rõni conſonũ. SIgnũ:ſta/
tuam. SOLArium:horologium quo ad umbram ſo
larium radiorum gnomone monſtrante cognoſcũtur
horæ:Plinius ait:princeps Romanis ſolarium horolo
gium ſtatuiſſe ad ædem quirini Papyrius curſor tradi
tur:Scipio naſica primus aqua diuiſit horas æque no
ctium ac dierũ idq; horologiũ ſub tecto dicauit. DE/
ſcriptum:deſignatum lineis ut horæ diſcernanť. EX
aqua:clepſydra.i.uaſe forato:& aqua dilabẽte:atq; ela/
pſum oſtẽdente tempus & horas per lineas uas ipſum
ambientes:& diſtinguentes. CONtemplare:conſpi/
cias:QVOD ſi:quod aſſero inquit.Balbus etiam ru/
dibus nationibus & barbaris non eſt ambiguum ſcy/
thas & britannos pro remotiſſimis:& quaſi orbe toto
ſeparatis poſuit. SPHAEram:globoſam formam in/
ſtar cæli:qua motus:conuerſiones:& ſitus cæleſtium
effinguntur. ERRANtibus:uagis quas ob id plane/
tas appellant græci. BARbarie:rudi cõuerſatione:in/
cultiſq; moribus. RAtione:uia:& arte. NECESſita/
te:fatali ſorte. RAtione:ingenio & arte. IMITAN/
dis:ad ſimilitudinem repſentandis motibus. ASSI/
mulata:ad ſimilitudinem effecta.Archimedes fuit ſyra
cuſius in mathematicis:& ſciẽtia ſolidorum imprimis
clarus.Cuius ſepulchrum ignoratum a ſyracuſanis Ci/
cero qſtor indagauit in cui⁹ uertice ſphæra ſita erat cũ
cylindro. An archimedes inquit Lactantius concauo
ære ſimilitudinem mundi ac figuram potuit machina
ri in quo ita ſolem:lunamq; compoſuit ut inæquales
motus & cæleſtibus ſimiles cõuerſionibus ſinguliſq;
quaſi diebus efficerent. SOLlertius acutius:& inge/
nioſius. ATq; ille apud Accium paſtor:exemplo poe
tico admirationẽ peperiſſe uenatiõe naturæ atq; pſcru
tationem oſtendit Balbus:paſtorale exemplũ ſumiť ex
argonauticis Accii poetæ tragici. DIuinum.

nutricatur & continet.Quod ſi mũdi partes na
tura adminiſtrantur neceſſe eſt mundum ipſum
natura adminiſtrari:cuius quidem adminiſtratio
nihil habet quod repræhendi poſſit:ex his enim
naturis quæ erant quod effici optimum potuit
effectum eſt.Doceat ergo aliquis potuiſſe me/
lius.Sed nemo unq̃ docebit:& ſiquis corrigere
aliquid uolet:aut deterius faciet:aut id quod fieri
non potuit deſiderabit. Quod ſi omnes mun/
di partes ita conſtitutæ ſunt:ut neq; ad uſum me/
liores potuerint eſſe:neq; ad ſpeciem pulchrio/
res uideamus utrum ea fortuita ſint. An eo ſtatu
quo cohærere.nullo modo potuerint:niſi ſenſu
moderante:diuinaq; prouidentia. Si ergo melio
ra ſunt ea quæ natura q̃ illa quæ arte profecta ſũt:
nec ars efficit quicquam ſine ratione:nec natu/
ra quidem rationis expers eſt habenda.Qui igi/
tur conuenit ſignum:aut tabulam pictam cum
aſpexeris ſcire adhibitam eſſe artem:quũq; pro/
cul curſum nauigii uideris non dubitare:quin id
ratione atq; arte moueatur:aut quum ſolarium:
uel deſcriptum:aut ex aqua contemplare intelli/
gere declarari horas arte non caſu:mundum
autem qui & has ipſas artes:& earum etiam arti/
fices:& cuncta complectatur conſilii & rationis
eſſe expertem putare? Quod ſi in ſcythiam:aut
in britanniam ſphæram aliquis tulerit hanc quã
nuper familiaris noſter effecit Poſſidonius cu/
ius ſingulæ conuerſiones idem efficiunt in ſo/
le & in luna & in quinq; ſtellis errantibus:quod
efficitur in cælo ſingulis diebus:& noctibus:
quis in illa barbarie dubitet quin ea ſphæra ſit per
fecta ratione? Hi autem dubitant de mundo ex
quo oriuntur & fiunt omnia caſu ne ipſe ſit effe
ctus:an neceſſitate aliqua:an ratione:an mente di
uina:& Archimedem arbitrantur plus ualuiſſe in
imitandis ſphœræ conuerſionibus q̃ natura in
efficiendis:præſertim cum multis partibus ſint
illa perfecta q̃ hæc ſimulata ſollertius. Atq; il/
le apud Accium:paſtor qui nauem nunquam
ante uidiſſet: Vt procul diuinum:& nouum

VEHICVLVM:argo nauim palladis arte cõpactam:& elaboratã:de qua Claudianus.Licet omnia uates In maius cælebrata ferant:ipſamq; ſecandis Argois trabib⁹ iactent ſudaſſe mineruam:Nec nemoris tñ uinxiſſe carẽtia ſenſu Robora:ſed cæſto tomari Iouis augure luco Arbore pſaga tabulas animaſſe loquaces:Valerius flaccus fatidicam raté appellauit argo:& Apollonius in quarto argo nauticorũ his uerbis.Illico clamauit humana uoce cauæ nauis uocale lignũ qđ in media carina e fago dodonidæ pallas aptauit.Sic argo clamauit ſub tenebris. E MONTE:ſpecula. MOles: magna q̃dã natura fluctuans:& mihi hactenus inuiſa & incognita. EX alto:mari ſummo ad terrã adnatat. PRAE:

uehiculum argonautarum e monte conſpexit primo admirans & perterritus hoc modo loquit᷑.Tanta moles labitur.

Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſtrepitu
Præ ſe undas euoluit:uorticeſq; ui ſuſcitat
Ruit pro lapſa:pelagus reſpergit:profluit
Itaq; dum interuptum credas nimbum uoluier:
Dum quod ſublime uentis expulſum rapi:
Saxum aut procellis:uel globoſos turbines:
Exiſtere ictos undis concurſantibus
Ni quas terreſtres pontus ſtrages conciat:
Aut forte triton fuſcina euertens ſpecus:
Subter radices penitus undantes ueniat:
Fretoq; molem ex profundo ſaxeã:aut cælũ eruat.

Dubitat primo quæ ſit ea natura quã cernit ignotam.Idemq; iuuenibus uiſis:auditoq; nautico cantu:ſicut inciti atq; alacres roſtris perfremunt delphini.Item alia multa ſileam melo cõſimilem ad aures cantũ & auditum refert.ergo ut hic primo aſpectu inanimum quiddam:ſenſuq; uacuum ſe putat cernere:poſt autẽ ſignis certioribus quale ſit id de quo dubitauerat incipit ſuſpicari:ſic philoſophi debuerũt ſi forte eos primus aſpectus mundi conturbauerat: poſtea cum uidiſſent motus eius finitos & æquabiles:omniaq; ratis ordinibus moderata:ĩmutabiliq; conſtantia intelligere ineſſe aliquem non ſolum habitatorem in hac cæleſti ac diuina domo:ſed etiam rectorem & moderatorem:& tanq̃ architectum tanti operis atq; muneris. Nunc autem mihi uidentur

dux ipſe brennus cum dolorem uulnerum ferre non poſſet pugione uitam finiuit. ALBAE:niueo amictu pellucen/
tes: & diuino candore fulgentes atq; conſpicue. VIDErentur:ipſis gallis irruentibus. NIVE:inſecuta deinde tempe
ſtas eſt dicit Trogꝰ quæ grandine & frigore ſaucios abſumpſit. OBRVEret̃: tegeretur & ſuffocaretur. ARISTO
teles:improbat. Q. frater Ariſtotelicam opinionem quæ a ui & natura bilis atræ ducitur & his uerbis explicatur in
problematibus. In quibus multa & frigida bilis eſt atra hi ſtolidi ſunt & ignaui. In quibus permulta & calida hi perci
ti:amatores & ingenioſi ad omnem excandeſcentiam & cupiditatem propenſi. nonnulli etiam loquaciores: multi eti
am ꝙ ille calor ſedi mentis in uicino eſt morbis ueſaniæ implicantur aut inſtinctu Lymphatico inferueſcunt:ex quo ſi
byllæ efficiuntur & Bacchæ & omnes qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur cum ſcilicet id non morbo: ſed natu/
rali intemperie accidit. Maracus ciuis ſyracuſanus poeta etiam præſtantior erat dum mente alienaretur. At quibus ille
calor remiſſus ad mediocritatem ſit hi prorſus melancholici quidem:ſed longe prudentiores. EGO autem:enunti/
at id quod ſentit quintus dubium mihi eſt inquit an diuinatio tribuenda ſit & adſcribenda morbis corporeis. & ui/
tio atræ bilis quæ græce melancholia dicitur.

CARDIACIS:laborantibus morbo cordis & ſtomachi Celſus lib.iii.agẽs de phreneſi dicit:huic morbo præcipue
contrarium eſt id genus quod cardiacum a græcis nominatur quamuis ſæpe ad eum phrenetici tranſeant ſiquidem
mens in illis labat:in hoc conſtat.Id autem nil aliud eſt q̃ nimia imbecillitas corporis quod ſtomacho languẽte i mo
dico ſudore digeritur licetq; protinus ſcire id eſſe ubi uenarum imbecilli exiguiq; pulſus ſunt:ſudor autem ſupra con/
ſuetudinem & modo & tempore & toto thorace & ceruicib⁹ atq; etiam capite prorumpit. ET phreneticis:laboranti
bus morbo mentis ac per hoc inſanis phreneſis inquit Celſus tum demum eſt cum cõtinua dementia eſſe incipit aut
cum æger q̃uis adhuc ſapiat tñ quaſdam uanas imagi
nes accipit perfecta eſt ubi mens talibus imaginibus ad
dicta eſt. INtegri:ſani & incorrupti. VItioſi: morbi/
di & aliquo uitio laborantibus.uitium corporis inqt.
Cicero eſt cum partes corporis inter ſe diſſident.Mor/
bus appellatur totius corporis corruptio. ægrotatio ẽ
morbus cũ imbecillitate. RAtione: argumentatione:
quæ ab optima & prudẽtiſſima diuini numinis natu/
ra ſumit̃:de qua Plato in timeo ſic loqtur:dicamus igr̃
quã ob cãm ille rerũ autor generationẽ & hoc uniuer/
ſum conſtituit bonus erat:bonus aũt nulla unq̃ aliqua
de re inuidia tangit̃:ergo cũ liuor ab eo alieniſſimus eſ
ſet oĩa ſibi quantum fieri poterãt ſimillima fieri uoluit
hec Plato cuius ſñiam his uerſibus repetiit Boetius.
Quem nõ externæ pepulerunt fingere cauſæ. Materiæ
fluitantis opus:uerũ inſita ſũmi ¦Forma boni liuore ca
nens.Idẽ Cice.Platonis imitator in ſuo timeo ſic diſſe
rit:Aequũ eſt meminiſſe & me q̃ differam hoiem eẽ &
uos q iudicatis ut ſi ꝓbabilia dicentur nil ultra requira
tis:q̃ramus igitur cãm quæ cũ impulerit q hoc machi/
natus ſit:ut originem rerũ. & molitionem nouam q̃/
reret probitate uidelicet præſtabat. probus autem inui
det nemini:itaq; omnia ſibi ſimilia generauit : hæc ni/
mirum gignendi mundi cauſa iuſtiſſima. STOICO
rum:ideſt chryſippi.Diogẽis & antipatri. SI SVNT
dii:hæc erat arx ſtoicorum : ideſt efficaciſſimum argu/
mentum eſſe diuinationem:qm̃ eſſent dii a quibus di/
uinatio dicta eſt.ꝙ autem dii ſint iam probatum eſt in
tribus præcedentibus libris de natura deorum: ſunt er
go dii diligunt humanum genus futura prouident:ſci
unt:& poſſunt cauere hoibus: nulla tanguntur iuidia:
igit̃ ea curant q̃ recipientibus ꝓſint:& autores nõ imi/
nuunt:ſed honeſtãt imprimis. ESSE ſuæ maieſtatis:
ꝑtinere atq; decere diuinã excellentiã ad hæc hũana &
infima deſcendere. AT neq;:negat primũ quod obii
cit̃ ab his q negãt eſſe diuinationẽ:& deo adimunt gra
tiã & iram:ut fuit delyrans Epicurus. BEnefici:libera/
les:& beneficioruʒ autores. CONſtituta:poſita:& ordinata. DEſignata:deſcripta:& formata menſuris & modu/
lis. NEq; nihil:ideſt multum eſt utile nobis prouidere futura:qm̃ ut inquit Seneca quæ multo ante prouiſa ſunt lan/
guidius incurrunt:& aufert uim præſentibus malis qui futura proſpexit. CAVtiores:prudentiores in euitandis ma/
lis:nam cautus dicitur qui mala ipſa deuitat cum ratione. NEq; ducunt:non exiſtimant eſſe hoc alienum a ſe imo iu
dicant diuinam decere maieſtatem cum ſit maius atq; p̃ſtantius plurimis benefacere q̃ magnas opes habere: ideo ma/
iores noſtri iouẽ optimũ.i.beneficentiſſimũ deinde maximũ appellabant. PRAEſtantius:excellentius qm̃ diffundit̃
id quod bonũ eſt:& ideo amant̃ maxime ipſi liberales atq; benefici cũ ſint quaſi cõe perfugium:q̃ dant beneficia in/
quit Seneca deum imitant̃ dare inquit Ariſtoteles ſupioris eſt:accipere uero inferioris : illud opulentiam arguit hoc in
digentiam. NON igitur ſunt dii:obliquabant ſtoici concluſionem ad partem negatiuam deinde aſſumentes oppo/
ſitum deos ſcilicet eſſe ſignificari ab his futura concludebant hæc ſtoicorum ratio uellicabitur a Cicerone ſuo loco.
SVNT dii:ut iam patuit conſenſu cõmuni & rationibus. SIGNIficant:dant nobis ſigna & notas rerum futura/
rum ut caueamus. ET SI ſignificant:ſignis futura oſtendunt dant etiam. NONNVLlas uias:ideſt modos:ratio
nes:& peritiam interprætandi ſigna quæ fruſtra darentur a deo ſi nequirent diſpici & intelligi. Q VIN: quod non
ſint talia diuinationum genera:& ſic per anacephaleoſin:ideſt repetitionem capitum concludit præſenſionis ueritã/
tem. RAtio:ſtoica argumentatio. EVENta:exitus rerum prouiſarum atq;,effectus oſtentorum & ſignorum. BAR
BARI:rudes & inconditos habentes mores.

cardiacis hoc tribuenduʒ ſit nec freneticis. Animi:ni
integri:nõ uitioſi corporis eſt diuinatio:quam qui/
dem eſſe re uera hac ſtoicorum ratiõe concluditur.
Si ſunt dii:neq; ante declarant hominibus quæ futu
ra ſunt:aut non diligunt homines:aut qd euenturuʒ
ſit ignorãt:aut exiſtimãt nihil intereſſe hoïum ſcire
qd ſit futuꝝ:aut non ceſſent eẽ ſuæ maieſtatis præſi
gnificare hominibus quæ ſunt futura: aut ea ne ipſi
qdem dii ſignificare poſſunt.At neq; non diligunt
nos.Sunt eni beneſici generiq; hominũ amici:neq;
ignorãt ea quæ ab ipſis cõſtituta & deſignata ſunt:
neq; noſtra nihil intereſt ſcire ea quæ euẽtura ſũt:eri/
mus eni cautiores ſi ſciemus:neq; hoc alienum du/
cunt maieſtate ſua ;nihil eſt eni beneficentia præſtan
tius:neq; nõ poſſunt futura prænoſcere.Non igitur
ſunt dii nec ſignificant futura:Sunt autem dii:ſigni
ficant ergo:& ſi non ſignificant nullas uias dant no
bis ad ſignificationis ſcientiam.fruſtra enim ſignifi
carent:nec ſi dant uias:non eſt diuinatio:eſt igitur di
uinatio hac ratione & Chryſippus & Diogenes &
Antipater utitur. Q uid eſt igitur cur dubitandum
ſit:qui ſint ea quæ diſputaui ueriſſima:ſi rõ ineſſe fa
cit:ſi euenta:ſi populi:ſi nationes:ſi græci:ſi barbari:
ſi maiores ẽt noſtri:ſi deniq; hoc ſemp ita putatũ eſt:
ſi ſummi philoſophi:ſi poetæ:ſi ſapiẽtiſſimi uiri qui
res publicas cõſtituerunt:q urbes condiderunt? An
dũ beſtiæ loquãtur expectamus:hominũ cõſentiẽte

autoritate contenti non ſumus? Nec uero quicquaꝫ
aliud affertur:cur ea quæ dico diuinandi genera nul/
la ſint:niſi quod difficile dictu uidetur: quæ cuiuſqꝫ
diuinationis ratio:quæ cauſa ſit. Q uid enim habet
haruſpex cur pulmo inciſus etiam in bonis extis di/
rimat tempus:& proferat diem? Q uid augur: cur a
dextra coruus:a ſiniſtra cornix faciat ratum? Q uid
aſtrologus? cur ſtella Iouis aut Veneris coniuncta
cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit: Saturni
Martiſue contraria? Cur autem deus dormientes
nos moneat:uigilantes negligat? Q uid deinde cau
ſæ ſit:cur Caſſandra furens futura proſpiciat? Pria/
mus ſapiens hoc idem facere non queat? Cur fiat
quidque quæris:recte omnino:ſed non nunc id agi
tur:fiat nec ne:id quæritur: Vt ſi Magnetem lapideꝫ
eſſe dicam qui ferrum ad ſe alliciat & trahat:at ratio/
nem cur id fiat afferre nequeam: fieri omnino ne/
ges:quod idem facis in diuinatione:quam & cerni/
mus ipſi:& audimus:& legimus:& a patribus acce/
pimus neque ante philoſophiam patefactam: quæ
nuper inuenta eſt:hac de re communis uita dubita/
uit.Et poſtea quam philoſophia proceſſit: nemo ali/
ter philoſophus ſenſit:in quo modo eſſet auctori/
tas.Dixi de Pythagora de Democrito de Socrate:
excepi de antiquis præter Xenophanem neminem.
Adiunxi ueterem Academiam: peripateticos: ſtoi/
cos: Vnus diſſentit Epicurus. Q uid uero hoc tur/
pius: q̄ quod idem nullam cenſet gratuitam eſſe uir/
tutem? Q uis autem eſt quem non moueat clariſſi/
mis monimentis teſtata conſignataque antiquitas?
Calchantem augurem ſcribit Homerus longe op/
timum:eumque ducem claſſium fuiſſe: At illum au
ſpiciorum credo ſcientia non locorum: Amphilo/
chus & Mopſus argiuorum reges fuerunt: ſed iideꝫ
augures iique urbes in ora maritima ciliciæ græcas
condiderunt. Atque etiam ante hos Amphiaraus &
Tyreſias non humiles & obſcuri:neque eorum ſi/
miles:ut apud Ennium eſt:qui ſui quæſtus cauſa fi/
ctas ſuſcitant ſententias: ſed clari & præſtantes uiri:
qui auibus & ſignis admoniti futura dicebant: quo/
rum de altero etiam apud inferos Homerus ait ſo/
lum ſapere:cæteros umbrarum uagari modo. Am/
phiaraum autē ſic honorauit fama græciæ deus ut
haberetur:atque ut ab eius ſolo in quo eſt humatus:

AVTORITATE:iudicio & opinione. RAtio: ue/
ritas:& origo quare ita ſit & effectrix cauſa principiūqꝫ
oſtendit hoc exemplis Quintus. QuID habet:quam
ratiōem & cauſam affert quare rimoſus pulmo tale qd
ſignificat. BOnis:propitiis & cætera felicibus. DI/
rimat:ſeparet interrumpat. PRoferat diem:proro/
gandum oſtendat:& differendum. RAtum: firmum
augurium & uerum. FVrens: inſana. CVR fiat:reſ/
pondet Quintus docetqꝫ ſatis eſſe in hac quæſtiōe do/
cere claris euentis diuinationem eſſe. CVR:quæ ſit ra
tio & cauſa. REcte:bene ac iur̄ cum de cauſa quæritur
quam cognoſcere præclarum eſt : & paucis datum:ſed
nunc an ſit diuinatio agitur:& non quare ſit:& q̄ eius
cauſa ſit. OMnino:certe. MAgnetem:de quo lucre/
tius . Quod supereſt agere incipiam quo fœdere fiat:
Naturæ lapis hic ut ferrum ducere poſſit. Quē magne
ta uocant patrio de nomine.grai Magnetum quia ſit
patriis in finibus ortus:hunc homines lapidem miran
tur quippe cathēam ſæpe ex anellis reddit pendentibus
ex ſe. RAtionem:cauſam. Q. VE nuper:non multo
ante quoniam noua academia reuocans omnia in du/
bium erat comparatione priſcæ philoſophiæ quaſi re/
cens ī primo de natura deorum ſic ſcribit:hæc ratio cō
tra omnia differendi nullamqꝫ rem aperte iudicandi ꝓ/
fecta a ſocrate repetita ab Arceſila: cōfirmata a carneade
uſqꝫ ad noſtram uiguit ætatem. AVtoritas : dignitas:
& grauitas. XENOphanem : qui fuit colophonius.
TVR pius:probroſius:& ſic fidem & autoritatē Epi
curi eleuat dicentis in deo non eſſe gratiam:nec de hu/
mano genere benemereri:ſed frui ſuis cōmodis: & uo/
luptatibus:nec nō uirtutem eſſe colendam propter uti/
litatem:nec eſſe gratuitam:ſed uoluptatem & compen/
dium ſectari quæ ratio ſordidiſſima ē:tollitqꝫ id quod
in deo & generoſis animis eſt præſtantiſſimum iuuare
ſcilicet atqꝫ prodeſſe:& fructum honeſtatis non in capi
endo ſed dando reponere. qui dat beneficia inquit Se/
neca deum imitatur q repetit fœneratores: Ideo nullā
eſſe diuinationem aſſerebat Epicurus quoniam deus
humana non curaret:& nullum e tali beneficentia fru/
ctum aut utilitatem expectaret:ſuis & quideꝫ maximis
contentus. MOnimentis:hiſtoricis litteris & poeticis
TEſtata:teſtimoniis probata. CONſignata: ſubſcri/
pta & notata:& quaſi ſigno impræſſo roborata:tranſ/
latio a dictis teſtium obſignatiſqꝫ tabellis. DVcem:gu
bernatorem non quia ſciret loca maris & terrarum:ſed
quia ſcientiam augurandi callebat:qua claſſem' dirige/
bat.Strabo agens de oppidis ciliciæ dicit proxima eſt
mallus ī ædito loco ſita opus Amphilochi & mopſi:
Euſtathius libyci Dionyſii interprætes inquit Mallus
urbs ciliciæ dicta a mallis ideſt coronis capillorū quas
rapiens alicunde corrus ubi urbs condebatur depoſu
it inde mopſus & amphilocus uates nomen indiderūt
hæc ille. Mopſus urbs ciliciæ ut autor eſt Plynius quaꝫ
Cicero in epiſtolis mopſueſtiam uocat.Stephanus di/
cit mopſueſtia urbs ad Pyramum fluuium. AIT Ho
merus:in.x.ſcilicet odyſſeæ. VAgari:errare ac nihili eſ
ſe. SOlo:terra in qua fuit abſorbtus in bello thebano.

ORACVLA:reſponſa tanq̃ a numine. Q.VID po
lyidum:Homerus.xiii.iliados agens de morte euche/
noris filii polyidi uatis dicit : hic ſuæ mortis non erat
ignarus quoniam pater polyidus frequenter apud Co
rinthum ubi habitabat exitum illi prædixit.hæc Home
rus polyidus dicitur latine multiſcius. TEnebant:cal/
lebant artem augurandi. AVtoritate:dignitate:æſtima
tione conſilio. RAtio:ars & ſcientia auguralis. BAR
baris:incultis & feris. DRVidæ:ſiue dryidæ ut græci
gallorum quondam philoſophi theologiq; rebus diui
nis intererant autore cæſare in cõmentariis publica ſa/
crificia & priuata procurabant religiones interpræta/
bantur ad hos magnus adoleſcentium numerus diſci/
plinæ cauſa cõcurrebat.magnoq; apud gallos erant ho
nore his præerat unus ſũmæ inter eos autoritatis.Drui
dæ inquit Plynius nihil habent religioſius uiſco & ar/
bore in qua gignatur:roborum eligunt lucos nec ulla
ſacra ſine ea fronde conficiunt ut inde appellati quoq;
interpætatione græca poſſint dryidæ uideri.hæc Ply/
nius.Drys græce robur latine inde dryidæ. & a latinis
druidæ. HOSpitem:amicum externum. CONiectu
ra:coniecturali interpætatione ſignorum & oſtento/
rum. MAGI:philoſophi & ſapientes apud perſas.

COMmentandi:colloquendi cogitandi & conſultã/
di. IN fano:templo. VOS:romani augures quorũ
e numero erat.M.Cicero. NOnis:ſingulis menſibus
eo die qui nonarum nomine inſcribitur mẽſis etenim
in calendas nonas & idus diuidebatur.Idem Cicero fã
nium.C.lelii ſapientiſſimi auguris generum ſic inducit
loquentem eoq; magis ꝙ his proximis nonis cum in
hortos D.bruti auguris cõmẽtandi cauſa ut aſſolet ue
niſſemus tu non affuiſti qui diligentiſſime ſemper illũ
diem & illud mũus ſolitus eſſes obire. DIſciplina: ars
& peritia. CERtas:definitas ad id & hæreditario quo
dam iure addictas. IAmidarum:ex apolline & euad/
ne natus eſt infans quem expoſitum ut canit Pindarus
duo dracones iuſſu apollinis inter uiolas nutriuerunt.
Vnde Iamus appellatus eſt qm̃ ia græci appellant uio/
las:& uaticinio claruit poſteriſq; tale dõum reliquit ſu
is iamidis.Celabatur puer inquit Pindarus in iunco &
rubeto denſo uiolarum flauis & purpureis radiis:ideo
mater uoluit ipſum habere perpetuum nomen ex quo
inclytum apud græcos genus iamidarum:& diuitiæ ſi
mul ſequutæ ſunt qui uirtutes honorant ad uiam ſplẽ
didam ueniunt. DEcreuit:decretum fecit & ſtatuit.

PRINcipum:nobilium:& optimatium. Duodecim
æthruriæ populi totidemq; lucumones.Nomina urbi
um quas thuſci primum incoluerunt Adria Mantua
felſina cluſium peruſia. Arretium populonia uetulo/
nia Tarquinii fanum uolturnæ uei tuſcanenſes. IN
diſciplinam:eruditionem. TEnuitatem:inopiam & i
minutionem tam fortunarum q̃ uitæ. AVtoritate: di/
gnitate & æſtimatione. ABduceretur:tranſferretur ad
præmium & lucrum:ut fere euenit. OPORtunitates
commoditates & aptitudines. DVctæ: originatæ.

AEQ. VOribu :cõplanationibus citra colles & mõ
tes. EMINEret:extaret. IMButi:intincti & ſacrificiis
aſſueti. VIM:naturam & ſignificationem.

Soles

oracula peterẽtur. Q uid aſiæ rex Priamus nõ ne &
Helenũ filiu;:& Caſſandrã filiã diuinãtes habebat?
Alteꝝ auguriis: Alterã mẽtis incitatõe diuina. Q uo
ĩ genere martios quoſdam fratres nobili loco natos
apud maiores nr̃os fuiſſe ſcriptum uidemus. Q uid
Polyidũ corinthiũ nõ ne Homerus & aliis multa &
filio ad Troiã ꝓficiſcenti mortẽ p̃dixiſſe cõmemo/
rat? oĩno apud ueteres:q reꝝ potiebant᷑:iidẽ auguria
tenebant. Vt.n.ſape ſic diuinare regale ducebãt:ut te
ſtis eſt nr̃a ciuitas:in q̃ & reges augures: & poſtea pri
uati eodẽ ſacerdotio p̃diti rem.p.religionũ autorita/
te rexerũt.Eaq; diuinationũ ratiõe in barbaris qdem
gẽtibus neglecta eſt. Siqdẽ & in Gallia Druidæ ſunt
ex qb⁹ ipſe diuitiacũ heduũ hoſpitẽ tuũ laudatorẽq;
cognoui:q & naturæ rõnem quã phyſiologiã græci
appellãt notã eſſe ſibi ꝓfitebat᷑ : & partim auguriis:
parti cõiectura:q̃ eſſent futura dicebat. Et in pſis au/
gurant᷑ & diuinãt magi:q cõgregant᷑ in fano cõmẽ
tandi cã:atq; ĩter ſe colloquẽdi. Q d᷑ ẽt iidẽ uos quõ
dã facere nonis ſolebatis:nec qſquã rex pſarũ põt eẽ;
q nõ ante magorũ diſciplinã ſciamq; pcepit. Licet ãt
uidere & gña quædã & nationes huic ſciẽtiæ deditas.
Telmeſus in caria eſt:q̃ in urbe excellit haruſpicũ di/
ſciplina. Itẽq; elis in pelopõneſo familias duas certas
habet. Iamidarũ unã: Alterã glutidaꝝ haruſpiciæ no
bilitate p̃ſtantes. In ſyria Chaldæi cognitiõe aſtroꝝ
ſollertiaq; ingenioꝝ antecellũt. Ethruria aũt de cælo
tacta ſcientiſſime aĩaduertit:eadẽq; interp̃tat᷑ qd qui/
buſq; oſtẽdat᷑ mõſtris atq; portentis. Q uo circa bĩ
apd maiores nr̃os ſenat⁹ tũ quũ florebat ĩpiũ d̃creuit:
ut de pricipũ filiis.vi.ſinglis æthruriæ pplis ĩ diſcipli
nã traderent᷑:ne ars tãta pp tẽuitatẽ hõinũ a religiõis
autoritate abduceret᷑ ad mercedẽ atq; q̃ſtũ. Phryges
ãt & piſidæ & Cilices & arabũ natio auiũ ſignifica/
tõib⁹ p̃rimũ obtẽperãt:qd idẽ factitatũ ĩ ũbria accepi
m⁹. Ac mihi qdẽ uident᷑ ex locis ipſis quoq; q a qui/
buſq; ĩ colebant᷑:diuiationũ opportũitates eẽ ductæ.
Vt.n.ægyptii:ut Babylõii:ĩ cãpoꝝ patẽtiũ æquorib⁹
habitãtes:quũ ex terra nihil emieret:qd᷑ cõtẽplationi
cæli officere poſſet:oẽm cura ĩ ſydeꝝ cognitione po
ſuerũt. Ethruſci aũt qd᷑ religiõe ĩbuti ſtudioſi⁹:& cre/
bri⁹ hoſtias imolabãt:extorũ cognitiõi ſe maxime de
diderũt:qd᷑q; pp aeris craſſitudinẽ de cælo apud eos
multa fiebãt:& qd᷑ ob eandem cãm multa inuſitata
parti ex cælo:alia ex terra oriebantur. quædã ẽt ex ho
minũ pecudumue cõceptu & ſatu oſtentorum exer
citatiſſimi interpætes extiterũt:quoꝝ qdẽ uim ut tu

Soles

ſoles dicere uerba ipſa prudenter a maioribus poſita declarant. Quia enim oſtendunt:portendunt:monſtrant:prædicunt:oſtenta:portenta:mõſtra prodigia: dicuntur. Arabes autem & phryges:& Cilices ꝙ paſtu pecudum maxime utuntur campos : & montes hyeme:& æſtate peragrantes:propterea facilius cantus auium & uolatus notauerunt. Eademq; & piſidiæ cauſa fuit:& huic noſtræ umbriæ. Tum caria tota præcipueq; telmeſſes quos añ dixi:ꝙ agros uberrimos:maximeq; fertiles incolunt:in quibus multa propter fœcunditatem fingi gigniq; poſſunt:i oſtẽtis animaduertendis diligentes fuerunt. Quis uero non uidet in optima quaq; re publica plurimum auſpicia & reliqua diuinãdi genera ualuiſſe? Quis rex unq̃ fuit:quis populus? qui non uteretur prædictiõe diuina? neq; ſolum in pace ſed in bello multo etiam magis:quo maius erat certamẽ & diſcrimen ſalutis. Omitto noſtros qui nihil in bello ſine extis agunt: nihil ſine auſpiciis domi habent. Auſpicia externa uideamus. Nam & Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis diuinos quoſdã ſacerdotes: quos mãtes uocant adhibuerunt:& lacedæmonii regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt:itemq; ſenibus:ſic enim conſilium publicum appellant augurem intereſſe uoluerũt:idemq; de rebus maioribus ſemper aut delphis oraculum:aut ab hãmone aut a dodona petebant. Lycurgus quidem qui lacedæmoniorum R.P. temperauit:leges ſuas autoritate apollinis delphici confirmauit:quaſquum uellet Lyſander commutare eadem eſt prohibitus religione. Atq; etiam qui præerant lacedæmoniis non contenti uigilantibus curis:in paſitheæ fano:quod eſt in agro propter urbem ſomniandi cauſa excubabant : quia uera quietis oracula ducebant. Ad noſtra iam redeo : Quotiens ſenatus decem uiros ad libros ire iuſſit? nam & quum duo uiſi ſoles eſſent:& quũ tres lunæ: & quũ faces:& quum ſol nocte uiſus eſſet:& quum ex cælo fremitus auditus:& quum cælum diſceſſiſſe uiſum eſt:atq; in eo animaduerſi globi: Delata etiã ad ſenatum labes agri priuernatis: quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Apuliaq; maximis terræmotibus conquaſſata eſſet:quibus portentis magna p.r. bella pernicioſæq; ſeditiones denunciabantur. Inq; his omnibus reſponſa haruſpicum cum ſibyllæ uerſibus congruebant:quid quũ cumis apollo ſudauit:capuæ uictoria? quid ortus Androgyni: nõ ne fatale quoddã monſtrũ fuit? quid qđ fluuius

SOLES dicere:ut patet in ſecundo de natura deorũ. PERagrantes:luſtrantes. NOtauerunt:obſeruauerũt. FINgi:conformari. MANtis:uates a uerbo mantenome uaticinor latine inde manteum uaticinandi locus:& fatis fandis idoneus. REgibus:qui duo erant: & domi foriſq; id ius habebant quod Romani conſules. ASSEſſorem:conſiliarium cuius officium eſt aſſidere præſidi & conſulere cuius fœmininũ eſt aſſeſtrix.

SEnibus:ſenatoribus rem.pu.regentibus & gubernãtibus:geron græce ſenex latine geruſia ſenatus ſiue cõſilium. Idem in Catone maiore dicit. Apud lacedemonios hi qui ampliſſimum magiſtratum gerunt ut ſunt ſic etiam appellantur ſenes & maiores noſtri ſũmum conſilium appellauerũt ſenatum. DOdona:urbs epyri ad tomarum montem ubi quondam dodõei tomariiq; Iouis oraculum. TEMperauit:ordinauit & quodam temperamento compoſuit. AVtoritate:ſententia & oraculo. VIgilantibus curis:ſollertĩ cõmentatione ac uigilantia in conſultando. EXcubabãt: excubias faciebant:ideſt lectiſternia celebrabant iacentes extra urbem & dormientes. Paſithea iquit Suidas nomẽ deæ Papinus i thebaide unam e gratiis paſitheam uocat his uerbis. Non hoc paſithea blandarum prima ſororum. & Homerus.xiiii.iliados unam e iunioribus gratiis paſitheam nominat. QVIEtis:ſomni:quem eſſe a Ioue dixit Homerus:& ſomnium:eſtq; hæc naturalis diuinatio. ORAcula:reſponſa & ſomnia uiſaq; nocturna.

DVCEbant:exiſtimabant cenſebãt. AD LIbros: carmina ſibyllæ. DISCESſiſſe:hiatum feciſſe.fit & cæli hiatus inquit Plynius quem uocant chaſma. GLObi orbes & rotũditates quædam quas ſphæras græci uocant. DELAta:nunciata ſcripta expoſita. LAbes:ruina & depræſſio. DESEdiſſet: deſcendiſſet deorſumq; ſediſſet. CONquaſſata: concuſſa & diuexata. CONgruebant : conueniebant concinebant. ANdrogyni: habentis utrunq; ſexum. Liuius agens de portentis dicit Satis conſtabat ſinueſſæ natum ambiguo inter marem & fœminam ſexu infantem : quos Androgynos uulgus græco ſermone ad duplicanda uerba faciliore appellat.

ATRATVS:nomen parui fluminis non lōge ab ur
be ut ſpinon & nodinus quorum appellationes muta
tæ ſunt ut de Tutia & almone qui decimus nunc uo/
catur. Q VANtis:magnis & periculoſis. MODO
paucis ante annis. REſtitutum:inſtauratum apud la/
nuuiū. DIſputauiſſet:pure affirmaſſet ac iudicaſſet Si
ſenna hiſtoricus. MIrifice:imprimis & maxīe. CVM
re:euentu rei per ſomniū uiſæ. CONueniſſe:conſonaſ
ſe atqꝫ cōgruiſſe. INſolenter:arroganter & temere. Idē
Cicero agens de ſiſenna in primo de legibus dicit in hi
ſtoria puerile quiddam conſectatur. DISputat:diſpu/
tando affirmat. OSTENta:monſtra prodigia ſigna.

CVM lacus albanus. In unum omnium curæ uerſæ
ſunt inquit Liuius ꝙ lacus in albano monte ſine ullis
cæleſtibus aquis cauſaue alia quæ rē miraculo exime/
ret ī altitudinem inſolitā creuit quid nam eo dii portē
derent prodigio miſſi ſciſcitatum oratores ad delphicū
oraculum. E FAtis:oraculis. REdundaret: excreſce/
ret. Romani deſperata ope humana inquit Liuius fata
& deos expectant cum legatis delphis uenerūt ſortem
oraculi afferentes congruentem reſponſo captiui uatis.
Romane aquam albanam caue lacu contineri caue in
mare manare ſuo flumine ſinas emiſſam per agros diſ/
ſipatamqꝫ riuis extingues:tum tu inſiſte audax hoſtiū
muris memor quā per tot annos obſides urbem ex ea
tibi his quæ nunc panduntur fatis uictoriam datā bel/
lo pſecto uictor donum amplum ad mea templa por/
tato ſacraqꝫ patria quorum omiſſa cura eſt inſtaurata ut
aſſolet facito. IN hiſdem fatis: oraculis:& ſortibus.

TVRbidis:periculoſis & ambiguis. A LVco ueſtæ
eodem anno inquit Liuius. M. cædicius de plebe nun
tiauit tribunis ſe in noua uia ubi nunc ſacellum eſt ſu/
pra ædem ueſtæ noctis ſilentio audiſſe uocem clario/
rem humana quæ magiſtratibus dici iuberet gallos ad
uentare id ut fit propter autoris humilitatem ſpretum

DEuexus:uergens:& accliuis. AIO loquenti: in an
tiquo codice Liuii eſt Aio locutio. Camillus enim con
cionem habens ad populum dicit Aio locutio templū
propter cæleſtem uocem exauditam in noua uia iuſſi/
mus fieri. GELlius:ait & agrum uaticanum: & eiuſ/
dem agri dominum præſidem appellatum accepera/
mus a uaticiniis quæ ui atqꝫ iſtinctu eius dei in eo agro
fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam. M. Varro. in
libris diuinarum aliam eſſe tradit iſtius nominis ratio/
nem. Nam ſicut Aius inquit deus appellatus araqꝫ ei
ſtatuta eſt quæ eſt in infima noua uia ꝙ eo in loco di/
uinitus uox edita erat:ita uaticāus deus nominatus pe
nes quem eſſent uocis humanæ initia. EX aduerſum
contra:& e regione. SVE plena grauida. PROcura/
tio:expiatio:& ſacrificium Templum iunonis mone/
tæ in arbe ubi fuerat area domus. Manlii e ſaxo capito/
lino deiecti.

Neqꝫ

Atratus ſanguine ꝫ fluxit? Q uid quū ſæpe lapidum
ſanguinis nō nunq̄ terræ interdum quondā ēt lactis
imber effluxit? Q uid quū in capitolio ictus centau/
rus de cælo eſt in auētino portæ? & homines tuſculi
ædes Caſtoris & Pollucis: Romæqꝫ pietatis? non ne
& haruſpices ea reſponderūt quæ euenerunt? & in
ſibyllæ libris eædem reptæ prædictiōes ſunt? quoti/
ens ſenatus decē uiros ad libros ire iuſſit? quantis in
rebus:quāqꝫ ſæpe reſpōſis haruſpicum paruit. cæci/
liæqꝫ ſomnio modo marſico bello tēplū eſt a ſena/
tu Iunoni ſoſpitæ reſtitutū:quod ꝗdē ſomniū Siſen
na quū diſputauiſſet mirifice ad uerbum cum re cō/
ueniſſe. Tum inſolenter credo ab Epicureo aliquo
inductus diſputat ſomniis credi non oportere:idem
cōtra oſtēta nihil diſputat:exponitqꝫ initio belli mar
ſici & deoꝝ ſimulachra ſudauiſſe & ſanguinē fluxiſ/
ſe:& diſceſſiſſe cælum:& ex occulto auditas eſſe uo
ces:quæ pericula belli nuntiarent:& lanuuii clypeos:
ꝙ haruſpicibus triſtiſſimū uiſum eēt a muribus eſſe
deroſos. Q uid qđ in annalibus habemꝰ ueienti bel
lo quū lacus albanus præter modum creuiſſet:ueiē/
tem quēdam ad nos hominē nobilem profugiſſe
eumqꝫ dixiſſe:e fatis quæ ueientes ſcripta haberēt ue
ios capi nō poſſe:dum lacus is redundaret: & ſi lac
emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet:per/
nicioſum p.r. Sin aūt ita eſſet eductus:ut ad mare p/
uenire non poſſet:tū ſalutare noſtris fore. Ex quo il/
la admirabilis a maioribus albanæ aquæ facta dedu/
ctio ē. Q uū aūt ueientes bello feſſi legatos ad ſena/
tū miſiſſent:tū ex his ꝗdā dixiſſe dicitur:nō oīa illuꝫ
transfugam auſum eē ſenatui dicere. In iiſdē enī fatis
ſcriptū ueientes habere:fore ut breui a Gallis Roma
caperet:qđ ꝗdem ſexennio poſt ueios captos factū
eſſe uidemus. Sæpe etiā & in præliis fauni auditi:& ī
rebꝰ turbidis ueridicæ uoces ex occulto miſſe eſſe di
cuntur. Cuius generis duo ſunt ex multis exempla:
ſed maxīa. Nā nō multo āte urbē captā exaudita uox
eſt a luco ueſtæ:q a palatii radice ī nouā uiā deuexus
eſt:ut muri & portæ reficerētur:futurū eē niſi ꝓuiſū
eēt ut roma capet̄. Q đ neglectū tū caueri poterat
poſt acceptā illā maximā cladem explicatum eſt. Ara
enī aio loquēti quā ſeptam uidemus aduerſus eum
locū conſecrata eſt:atqꝫ etiam ſcriptū a multis ē: quū
terræmotus factus eſſet:ut ſue plena ꝓcuratio fieret
uocē ab æde Iunōis ex arte extitiſſe:quo circa Iuno/
nem illā appellatā monetā. Hæc igitur & a diis ſigni
ficata:& a noſtris maioribus indicata cōtemnimus?

Neqꝫ

NEQ VE ſolum:iam aget de ominibus magna cura obſeruatis quōdam a maioribus. BONVM:utile honeſtūq̧.
FAVſtum:proſperum.Lætum propitium fortunatum. PRAEfabantur:præfando enuntiabant ad malū omen ex/
cludendum. PVblice:pro cōi uſu & ſalute. VT FAuerent linguis:Seneca differens de beata uita dicit quotiens men
tio ſacrarū litterarum interuenerit fauete linguis hoc uerbum non ut pleriq̧ exiſtimant a fauore trahit̄:ſed impatur ſi/
lentiū ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepēte. FERIIS:imperandis:cum feriæ imperatiuæ & magi/
ſtratibus imperabantur & indicebant̄ uoce præconis. LITIbus:cōtentionibus iudiciariis.Vnde Ouidius proſp̄a lux
oritur linguis animiſq̧ fauete:Nunc dicenda bono ſūt
bona uerba die.Lite uacent aures īſanaq̧ protinus ab/
ſint Iurgia: differ opus liuida turba tuū: LVſtranda:re
cenſenda:& numeranda colonia eſt multitudo ciuium
quæ alio ad habitandū trāſcribitur & deducitur:& lo/
ca ipſa inhabitata coloniæ dictæ. DEDVceret:trāſcri/
beret atq̧ mutaret. LVSTraret:recēſeret expurgaretq̧.
BONIS noībus:lætis:fauſtis honeſtis.Iſocrates ī epi
taphio celebrat euagorā ꝙ pulchra & honeſta noīa fili
is indiderit dicens:& hoc maximū qm̄ nullum e filiis
reliquit priuatis noībus appellatū:ſed aliū imperatoreȝ
alios reges:quaſdā uero reginas.cenſura fuit primo qui
quēnis deinde ānua facta eſt. DELEctu:electione mili
tum. BONO noīe:honeſto:& fauſto. IMPEratore
qm̄ Cicero proconſul in aſia exercitui præfuit hoſteſq̧
repreſſit. Vnde triumphū aliqn̄ ſperauit. PRAEroga
tiuam.i.tribum quæ in electiōe magiſtratuū prima da/
ret ſuffragiū & uoceȝ:prærogatiuæ inquit Aſconius q̄
primæ ſuffragium ferunt. IVſtorum:legitimorū & ci
tra fraudē & ambitū. AD ueſperam.i.tempus diei ul
timuȝ.Veſper heſperus uerſpera & ueſperugo ſtella eſt
quæ ſtatim apparet occidente ſole:poniturq̧ pro hora
diei nouiſſima.Vnde dicimus matutinum tempus:&
ueſperū. ACCIpio omen:recipio bonum hoc ex ore
tuo auguriū menteq̧ iam concipio de Perſe rege uicto
riam.Narrat Lucianus epheſtionem Alexandri pugna
turi cū Dareo apud iſſum tentorium mane intrantē ſal
ue Imperator.ꝓ gaude dixiſſe.Alexandrum uero acce/
piſſe omen qm̄ illa ſalutatio ſoſpitem e pugna reditum
promittebat. FLAMInem:ſacerdotem Martis. EX/
titiſſet:emerſiſſet exiuiſſet. MATERtera ſoror matris
SED ipſum eſt.Idem eſt inquit ſigna deorum con/
temnere & deos non eſſe putare quicunque igitur ſi/
gna diuinitus miſſa derident aut non eſſe deum aut hu
mana non curare opinatur more Epicureorū. TVAE
partes:tua prouincia curaq̧ quoniam es augur. & de/
fenſor eſſe debes auſpiciorum. ADDVbitato:non pu
re:ſed ambigue celebrato cum aduerſæ aliquæ aues ad
uolaſſent:& inauſpicata ſigna apparuiſſent ut dubium
redderetur augurium ſalutis:quod fiebat quot annis
pro ſalute populi obſeruato die quo nullus ad bellum
exiret exercitus:nemo ſe cōtra pararet:nemo pugnaret
quapropter Auguſtꝰ pace terra mariq̧ parta ſalutis au
gurium multis annis omiſſum reſtituit.& ideo inquit
Dion hiſtoricus in aſſiduis periculis maximeq̧ ciuilibꝰ
non fiebat. TRISTE:luctuoſum. TVRBVlentum:
ſæuū ciuile bellū Catilina duce. CVI:Appio claudio.

Neq̧ ſolum deoꝝ uoces Pythagorei obſeruauerūt:
ſed etiam hominū quæ uocant omina:quæ maiores
noſtri quia ualere cenſebāt:iccirco oībus rebus agen
dis qđ bonū fauſtum fœlix fortunatumq̧ eēt præfa
bant̄:rebuſq̧ diuinis:quæ publice fierent ut fauerēt
linguis imperabatur:inq̧ feriis imperādis: ut litibus
& iurgiis ſe abſtinerēt.Itemq̧ in luſtrāda colonia ab
eo q eam deduceret:& quū imperator exercitū:cen/
ſor populū luſtraret bonis nominibus q hoſtias du/
cerēt:eligebātur.Quod idē in delectu conſules ob/
ſeruant:ut primus miles fiat bono nomine:quæ q/
dē a te ſcis & cōſule:& imp.ſūma religiōe eſſe ſerua/
ta.Prærogatiuā etiam maiores omnes iuſtoꝝ com/
mitioꝝ eſſe uoluerūt. Atq̧ ego exempla omniū no
ta proferā.L.Paulus conſul iteꝝ quū ei bellū ut cum
rege pſe gereret obtigiſſet:ut ea ipſa die domū ad ue
ſperam rediit:filiolam ſuā Tertiā:quæ tū erat ad mo
dū parua:oſculās aīaduertit triſticulā: Quid eſt inqt
mea Tertia? quid triſtis es? Mi pater inquit Perſa pe
riit. Tum ille arctius puellam complexus:accipio
omen inquit mea filia:erat autem mortua catella eo
nomine.L.Flaccum flaminem martialem ego audi/
ui quum diceret:Ceciliam metelli: quum uellet ſo/
roris ſuæ filiam in matrimonium collocare exiſſe in
quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa:quod fie
ri more ueterum ſolebat.Quum uirgo ſtaret:& ce/
cilia in ſella ſederet:neq̧ diu ulla uox extitiſſet:puellā
defatigatā petiſſe a matertera ut ſibi concederet pau
liſper:ut in eius ſella requieſceret:illam autem dixiſ/
ſe:uere mea puella tibi concedo meas ſedes: quod
omen res conſecuta eſt.Ipſa enim breui mortua eſt:
uirgo autem nupſit:cui Cecilia nupta fuerat. Hæc
poſſe contemni uel etiam rideri præclare intelligo:
ſed ipſum eſt deos non putare:quæ ab his ſignifi/
cantur contemnere. Quid de auguribus loquor?
tuæ partes ſunt:tuum inquam auſpiciorum patroci
nium debet eſſet ibi.P.Claudius augur conſuli nun
ciauit:addubitato ſalutis augurio bellum domeſticū
triſte ac turbulentum fore:quod paucis poſt menſi/
bus exortum paucioribus eſt a te diebus oppreſſuȝ
Cui quidem auguri uehementer aſſentior:ſolus eni

MVLTORVM annorum memoria:ideſt longo annorum ſpatio & recordatione quaſi dicat multi anni fluxerunt ex quo non fuit uerus augur præter appium:cæteri oſtentandæ artis gratia:& quæſtus augurandi peritiam profitebātur. DEcantandi:enuntiandi ad faſtum atq; iactantiam. DIſciplinam:artem futura prædicendi per auguria. COLlegæ:cæteri augures. PIſidam:imitatorem piſidarum & ſoranorum qui adhuc retinent nomen in extremo latio. Vnde ſyllius:ſoræq; iuuentus. Q. VIbus:collegis tuis. PRAEſenſio:prænotio,& cognitio rerum futurarum per auguria dicebantq; collegæ tui hæc ficta eſſe a ſapientibus:ut iniecto metu religionis populi continerentur in officio quod uerum non eſt. OPInionem imperitorum: iudicium uulgi hallucinantis. REligiones:ſacros ritus: & uim ſuperioris naturæ cui obſiſti non poteſt. LONge:ualde aliter res habet. HAEC calliditas:aſtuta fictio q̄m eo tempore ſimpliciſſima erant ingenia. NEC eſſe potuit:nec eas habere potuiſſet ea memoria uires. ERrorem multitudinis:ad falſam opinionem uulgi. SImulacra:ſimilitudines & fictiones. DIſertam:eloquētem & callidam in irridendis religionibus. DISSErere:diſputando affirmare. NIHIL eſſe:nullam ueritatem.

Q VID ſit:quam habeat in ſe ueritatem ac fructum. DIVInius:uerius & excellentius. IN mario: libello de auguriis & ꝓgnoſticis quod opus Marii appellatione inſcribebatur meminit. Idem Cicero in principio ſuarum legum his uerbis:lucus quidem ille:& hæc arpinatium quærcus agnoſcitur a me ſæpe lectus in Mario. AVtore:duce doctore. Pīcipe. HIC: tunc. SAtelles:aquila miniſtrans Ioui fulmina Negant inquit. Plinius unq̄ ſolam hanc alitem fulmine exanimatam: ideo armigeram Iouis conſuetudo iudicauit. ARboris e trunco:quærcu quæ mariana icciirco dicta quoniam eius in mario meminiſſet Cicero augurii q; principium poſuiſſet quod Mario fugienti uiſum eſt & intellectum. SVBIgit:calcat præmit uulnerans ipſum unguibus duris & acutis. Aquilam inquit Plinius romanis legionibus. C. Marius in ſecundo conſulatu' ſuo ꝓprie. dicauit erat enim antea prima cum quatuor aliis. Lupis uidelicet. Minotauris equis apris que ſingulos ordines anteibant Marius in totum ea abdicauit. VAria:uerſicolori & maculoſo collo. MICANtem: motus cientem. GRAVITER:moleſte & cum dolore.

TOR quentem:obliquantem ac replicantem. ANImos:iræ impetus & tumores. DVros : acerbos. EFFLANtem:moribundum. AFFLIGit:impingit illidit & ab occaſu ſolis conuertit ſe ad ortum:quod auguriū portendit mario futurum cum uictoria reditum. NItidos:radiantes. PRAEpetibus:proſperis & felicibus

multorum annorum memoria non decantandi augurii:ſed diuinandi tenuit diſciplinam quem irridebant collegæ tui:eumq; tum piſidam:tum ſoranum augurem eſſe dicebant. Quibus nulla uidebatur in auguriis aut auſpiciis præſentio aut ſcientia ueritatis futuræ: ſapientes aiebant ad opinionem imperitorum eſſe fictas religiones : quod longe ſecus eſt. Neq; enim in paſtoribus illis quibus Romulus præfuit:nec in ipſo Romulo hæc calliditas eſſe potuit:ut ad errorem multitudinis religiōis ſimulachra fingerent:ſed difficultas laborq; diſcendi diſertam negligentiam reddidit:malunt enim diſſerere nihil eſſe in auſpiciis:q̄ quid ſit ediſcere. Quid eſt illo auſpicio diuinius:quod apud te in Mario eſt:ut utar potiſſimum te autore?

Hic iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles
Arboris e trunco ſerpentis ſaucia morſu
Subigit ipſa feris tranſfigens unguibus anguem
Semianimum.& uaria grauiter ceruice micantem
Quem ſe torquentem lanians roſtroq; cruentans
Iam ſatiata animos:& duros ulta dolores
Abiicit efflantem.& laceratum affligit in unda
Seq; obitu a ſolis nitidos conuertit ad ortus.
Hanc ubi præpetibus pennis lapſuq; uolantem
Conſpexit Marius diuini numinis augur
Fauſtaq; ſigna ſuæ laudis:reditusq; notauit.
Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris
Sic aquilæ clarum firmauit Iuppiter omen.

Gellius higini notans ineptias dicit non ipſe tantum aues quæ proſperius præuolant:ſed etiam loci quos capiunt qꝛ idonei feliceſq; ſunt præpetes appellantur icciirco Dædali pennas præpetes dixit Virgilius quoniam e locis in quibus periculum metuebat in loca tutiora peruenerat locos porro præpetes & augures appellant:& ennius in annaliū primo dixit præpetibus hilares ſeſe pulchriſq; locis dant. Auibus autem præpetibus contrarias aues inferas appellari. Nigidius figulus in libro primo augurii priuati:ita dicit diſcrepat dextra ſiniſtræ præpetibus inferæ. eſt coniectare præpetes appellatas quæ altius ſublimiuſq; uolitent cum differre a præpetibus Nigidius iferas dixerit. Audiui Sulpitiū apollinarem dicere præpetes ſibi uideri eſſe alites quas Homerus tanyp terygas:ideſt exporrectas paſſaſq; & protenſas habentes alas appellauerit:quoniam iſtas potiſſimum augures ſpectarent quæ in gentibus alis patulæ atq; porrectæ ꝓuolarent. AVGVR:interpræs diuini nutus & uoluntatis quæ tali augurio declarabatur. FAVSTA:læta & fœlicia. LAVDIS:gloriæ. NOtauit:obſeruauit:& intellexit cum ſcientiam calleret auguralem. PATER:iuppiter intonuit læuum:& tonitruo firmauit augurium rationem ſiniſtri fulminis. lege apud Dionyſium libro ſecundo. OMEN: augurium. PASTOralis:rudis & ſimplex citra malitiam & calliditatem. VRBAnus:ciuilis ac per hoc non aſtutus non callidus. AD opiniones:ad iudicia & credulitatem imperitæ multitudinis ut aliqui aſſerebant. CERtis:grauibus & fide dignis. APVD ennium:in primo ſcilicet annali quo agebat de origine urbis:quam auſpicato condidit Romulus. FRAtre:Remo qui & ipſe auguralem callebat diſciplinam.

Curantes:

Curantes magna tum cura:tum cupientes
Regni dant operam ſimul auſpicio:augurioq;:
In monte Remus auſpicio.ſe deuouet:atq; ſecundã
Solus auem ſeruat at Romulus pulcher in alto
Quærit auentino cernens genus altiuolantum.
Certabant urbem romam:remoramq; uocarent
Omnis cura uiris uter eſſet induperator.
Expectant ueluti conſul quom mittere ſignum
Volt:omnes auidi ſpectant ad carceris oras:
Quam mox emittat pictis e faucibus currus.
Sic expectabat populus:atq; ore timebat
Rebus:utri magni uictoria ſit data regni.
Interea ſol albus receſſit in infera noctis:
Exin candida ſe radiis dedit icta foras lux:
Et ſimul ex alto longæ pulcherrima præpes
Læua uolauit auis:ſimul aureus exoritur ſol.
Cædunt ter quatuor de cælo corpora ſancta
Auium:præpetibus ſe.ſe pulchriſq; locis dant:
Conſpicit inde ſibi data Romulus eſſe priora
Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumq;.

Sed unde huc digreſſa eſt eodem redeat oratio: ſi nihil queam diſputare quamobrem quidq; fiat: & tantum modo fieri ea quæ commemoraui doceam parum ne Epicuro Carneadiue reſpondeam? Quid ſi etiam ratio extat artificioſæ præſenſionibus facilis:diuinæ autem paulo obſcurior? Quæ enim extis:quæ fulgoribus:quæ portentis:quæ aſtris præſentiuntur:hæc notata ſunt obſeruatione diuturna. Affert autem uetuſtas omnibus in rebus longinqua obſeruatione incredibilem ſcientiam:quæ poteſt eſſe etiam ſine motu atq; impulſu deorum: quum quid ex quoque eueniat:& quid quamque rem ſignificet: crebra animaduerſione perſpectum eſt.

CVRANTES:ſtudentes. DANT operam:inuigilant & incumbunt augurio & omini regio:ideſt ut intelligerent utri regnum aues addicerent. DEuouet:deſtinat deputat addicit. SEcundam: proſperam & felicem. PVLcher: regiæ dignitatis & indolis. ALto auentino:Liuius tantum dicit palatinum Romulus auentinum Remus ad inaugurandum templa capiunt. CERnens genus altiuolantum:circumſpiciens aues augurio ſecundas:& regni autores & duces. VIris:uirorum ſtudiis fauoribuſq;. IMperator:princeps & dux illius cœtus & condendæ urbis. EXpectãt ueluti:curam ambigui populi exitum tantæ rei anxie expectantis comparat ſpectatoribus ludorum circenſium in quibus a conſule atq; prætore miſſus aurigarum diſponebantur. SIgnum:claſſicum aut aliquid tale. ORAS: extremitates circi ubi equi repagulis quibuſdam tanq̃ carceribus includuntur emittunturq; ut luſtrent metas oblectent populi ſtudia & contendant ad palmam.

QuEM mox:q̃ cito:& quouſq;. PIctis faucibus: ornatis:carceribus atq; repagulis. ORE:uultus pallore timorem & anxietatem oſtendebat. TImebat rebus: partibus:& uariis ſtudiis ut fit cum duo ad id ſuſpirant quod duos non capit:& quiſq; rebus timet ſuis: conditioni rerum:& ſorti. Vnde Terentius Nunc noſtræ timeo parti. ALBVS: candore conſpicuus. IN infera noctis:ſub terram cuius umbra noctem efficit.

EXIN: illuceſcente aurora factum eſt augurium.

CANDIDA:ſplendida fax auroræ. ICTA: percuſſa & afflata radiis ſolis. EX ALto: parte cæli ſeptemtrionalis cuius uertex ſemper nobis eſt ſublimis. Augures e cælo ſeruantes ut autor eſt Dionyſius ad ſolis ortum reſpiciebant:quibus in ſiniſtra erat axis borealis & in dextra illi oppoſitus auſtralis:felices ergo erant aues quæ ex alto apparebant. PRAEpes:proſperi augurii: ſex uultures apparuerunt Remo.duodecim Romulo.

LAEua:ſiniſtra ac per hoc fauſta quia borealis. CEdunt:uolant. SANCTa:ueneranda:& diuinum numen demonſtrantia. AVIVM:anapeſtus eſt dactylo contrarius duas enim ſyllabas habet breues: & ultimã longam. PRAEpetibus:idoneis:& felicibus. PVLchris:honeſtis atq; conſpicuis ut fauſtum efficerent augurium. DATA eſſe priora:primas partes in augurio duodecim uulturũ. AVSPIcio: tali augurio ſe regem eſſe declaratum & confirmatum. SCANna regni:regia ſubſellia. SOlum:pro ſolium: ideſt regiam: ſedem quæ dicitur ſolium a ſoliditate. Scannum & ſcabellum a ſcandendo:ideſt aſcendendo per gradus dicuntur:uarias ſignificationes prætereo breuitatis cauſa:id tantum delibo quod ad infundendam lucem aliquam his diuinationum tenebris aptum ſit: atq; ſufficiat. STABIlita:confirmata. SED unde huc digreſſa:reuertamur inquit.Q.frater ad id de quo agebatur ideſt ad rationem & cauſam huius effectus: ideſt diuinationis. HVC:ad hæc exempla exponenda diuertit.

EODEM:ad id unde diuerticulum factum eſt & digreſſio. DISPVtare:diſputando cauſam & rationem afferre. QuAMOBRem:quare:& unde ſit talis effectus. TANtummodo:ſolum nulla reddita ratione. DOCEam:oſtendam claris exemplis ita eſſe. PArum ne:quaſi dicat non parum reſponderem negantibus diuinationem:ad quos confutandos euenta fideliter narrata ſufficerent. Attamen & rationes tractabuntur. RAtio:cauſa:diſciplina & ars. ARTIficioſæ:illius quæ arte conſtat ad differentiam alterius quæ naturalis dicitur:qualis eſt ſomniantium:& uaticinantium per furorem. RAtio facilis:aperta & plana. DIVInæ:ideſt uaticinii:& ſomnii. OBſcurior:remotior:& profundior.nõ enim ſic extat eius ratio ut diuinationis artificioſæ. QuAE enim extis:ratio & cauſa facilitatis artificioſæ diuinationis quoniam diuturna obſeruatio eã peperit. PRAEſentiuntur:ante cognoſcuntur futura eſſe q̃ ſint. NOtata: ſignata animaduerſa obſeruata. MOtu: concitatione:& afflatu diuino cum conſtet longo rerum uſu:& notatione euentorum. QuID ex quoq;:quid e re q̃que ſoleat euenire:& ſic ab euentis ad cauſas aſcenditur & hoc eſt a poſterioribus:ſcire a cauſis uero a prioribus.

ALTERA autem tractat nunc rationem & cauſam naturalis diuinationis:quæ tota pendet a ui & natura deorum: quibus cognatione quadam ut placuit nõnullis philoſophis & maxime ſtoicis humani animi iunguntur:& cum li/beri ſunt ſua ſponte diuinant. PHYſica:naturali ac indagatrice qualitatis & naturæ cuiuſq; rei. REFErenda : redu/cenda & reuocanda.ad uim diuinam:quam humana mens ſapit ut putat ſtoicus. AQuA:natura & qualitate deorũ HAVſtos:acceptos imbibitos. DELIbatos:deguſtatos:deſumptos:rebantur enim tales philoſophi animas huma/nas particulas eſſe diuini ſpiritus. Vnde Horatius. Atq; affigit humi diuinæ particulam auræ. AETERno ſenſu:diui/na intelligentia & prouidentia:deum quippe animam eſſe mundi opinati ſunt:hinc Virgilius deum ire ꝑ om/nis tractus terræ ac maris:cælumq; profundu3 cecinit: nec non ſpiritum & mentem naturæ membra intus fo/uere:magnoq; corpore miſceri. MENte:ratione ac ſpi/ritum diuino uegetante omnia præbenteq; ſenſum & cognitionem. COGNAtione : affinitate quadam:& ſimilitudine naturalis qualitatis. COMmoueri : im/pelli ad rerum futurarum cognitionem : ideſt ad diui/nandum excitari cum habeant naturam diuinam. Vn/de diuinationis nomen ductum eſt. SED uigilantes: reſpondet tacitæ obiectioni. potuiſſet enim obiici ſi hu/mani animi diuini ſunt cur non ſemper & omnes di/uinant:hoc inquit curis publicis & priuatis adſcriben/dum eſt quibus diuina mens diſtringitur : & impedi/tur. DISIVNgunt:ſeparant ſe a diuinitate tractantq; terrena & momentanea. SOCIEtate : cõmunitate cõ/mercio:natura cum corporibus illigatur tanq̃ uincu/lis. Vnde Virgilius. Igneus eſt ollis uigor & cæleſtis ori/go Sæminibus quantum non noxia corpora tardant: Terræniq; hebetant artus moribundaq; membra.

RARVM eſt quoddam genus:hi ſunt philoſophi q̃ animo peregrinantur a corpore rerumq; omnium na/turas uenantur:& explicant. AVOcent:remoueant & mentis indagatione uagentur. HORVM:talium ho/minum. AVguria:præſentiones : & præſagiones re/rum:atq; euentuum:ratio quia diuinent:ſed phyſica ꝑ/ſcrutatione futura prouideant ex cognitione naturali/um cauſarum quas ut naturæ interpretes nouerunt.

DIVIni impetus:impulſus:afflatus cõmotionis:& in/ſtinctus. RAtionis:intelligentiæ ac ſagacitatis:q̃ uim naturalium rerum callent. NAtura:naturali acumine ſuoq; motu:& non diuino. FLVxiones : inundatio/nes: redundationes:& futuros hymbres. ALIquan/do:tandem ut heraclitus aſſeuerauit non ut diuinus: ſed ut phyſicus. SOlon:autore laertio piſiſtratum ꝓ/pinquum ſuum tyrannidem affectantem quantum in ſe fuit repreſſit:na3 euocata concione in publicum pro/diens loricatus piſiſtrati nefarios conatus aperuit:di/cens:prudentior illis ſum qui hunc piſiſtratum nõ co/gnoſcunt. DIVInos : uates. COMmodum: utile ac placitum. QuAdam ſcientia:naturali ueſtigatione & coniectura. GVbernatores:nauium moderatores.

EXcubarent:pernoctarent. INſtaret:imineret: futu/rus eſſet. PHErecydes:Syrius fuit natus uidelicet in ſy/ra inſula una e' cycladibus . Pherecydes babius inquit Suidas ſyrius:eſt autem inſula una cycladum ſyra pro/pe delon. PHYSIcus:naturæ indagator atq; interpræs. IVGI puteo:peremni ſemperq; ſcatenti. Iuges aquæ dicun/tur inquit Pompeius perpetuo fluentes. INSTAre:iminere impendere. NEC uero:ponit nunc proprietatem na/turalis diuinationis:qua ſomniantes utuntur aut uates. NATVraliter:naturali impulſu atq; inſtinctu citra artem ali/quam qua freti haruſpices:aut aſtronomi futura prædicunt. SOlutus:liber ab omni contagione corporis. VACV/us:ocioſus nec occupatus cæteris curis ad uitam degendam pertinentibus. PLAne:omnino ac penitus. NIhil ſit: nil habeat cõe cum corpore:nilq; cogitet qd' ad corpus pertinet:ſed ꝑ ſe uigeat propriaq; fruat' natura quæ diuina eſt.

Altera diuinatio eſt naturalis:ut ante dixi : quæ phy/ſica diſputandi ſubtilitate referenda eſt ad naturam deorum:a qua ut doctiſſimis ſapientiſſimiſq; placu/it:hauſtos animos & libatos habemus. Quumque omnia completa & referta ſint æterno ſenſu & men/te diuina:neceſſe eſt cognatione diuinorum animo/rum animos humanos commoueri. Sed uigilantes animi uitæ neceſſitatibus ſeruiunt:diſiunguntq; ſe a ſocietate diuina uinclis corporis impediti : Rarum eſt quoddam genus eorum qui ſe a corpore auo/cent:& ad diuinarum rerum cognitionem cura om/ni ſtudioq; rapiantur. Horum ſunt auguria non di/uini impetus: ſed rationis humanæ. Nam & natura futura præſentiunt:ut aquarum fluxiones:ut defla/grationem futuram aliquando cæli atq; terrarum. Alii autem in.r.p. exercitati:ut de atheníenſi Solone accepimus orientem tyrrannidem multo ante pro/ſpiciunt:quos prudentes poſſumus dicere:ideſt pro/uidentes:diuinos nullo modo poſſumus:non plus quam mileſium Thalem:qui ut obiurgatores ſu/os conuinceret:oſtenderetq; etiam philoſophum ſi ei cõmodum eſſet pecuniam facere poſſe: omnem olea3 anteq̃ florere cœpiſſet in agro mileſio coemiſ/ſe dicit'. Animaduertit fortaſſe quadam ſcía olearu3 ubertatẽ fore. Et q dẽ ide3 prim' defectionẽ ſolis quæ Aſtyage regnãte facta ẽ:ꝓdixiſſe fert'. Multa medici: multa gubernatores agricolæ ẽt multa ꝓſentiunt:ſ3 nllã eoꝝ diuiationẽ uoco:ne illã qdẽ:q̃ ab Anaximã/dro phyſico mõiti lacedẽonii ſũt:ut urbẽ & tecta lin/q̃rẽt:armatiq; ĩ agro excubarẽt: ꝑ t'ræmot' ĩſtaret:tũ quũ & urbs tota corruit: & ex monte taygeto extrẽa mõtis q̃ſi puppis auulſa ẽ. Ne pherecides qdẽ ille py/thagore magiſter poti' diuin' habebit' q̃ Phyſic':q cũ uidiſſ3 hauſtã aq̃ de iugi puteo terræmot' dixit iſtaŕ. Nec uero unq̃ aíus hoís naturalr̃ diuíat: niſi quũ ita ſolut' ẽ & uacu':ut ei plãe nihil ſit cu3 corpe. Q đ aut

uatibus cõtingit:aut dormientibus.Itaq; ea duo ge/
nera a Dicæarcho probãtur:& ut dixi a Cratippo no
ſtro:ſi propterea quod ea proficiſcũtur a natura ſint
ſũma ſane modo ne ſola.Sin autem nihil eſſe in ob/
ſeruatione putant:multa tollunt q̄bus uitæ ratio con
tinetur.Sed quoniam dant aliquid:idq; non paruuꝫ
uaticinationes cum ſomniis:nihil eſt quod cum his
magnopere pugnemus:præſertim quuꝫ ſint q̄ om/
nino nullam diuinatiõem probent.Ergo & hi quo/
rum animi ſpretis corporibus euolant atq; excur/
runt foras ardore aliquo inflãmati atq; incitati cer/
nunt illa profecto:quæ uaticinantes ꝓnunciant:mul
tiſq; rebus inflamantur tales animi: qui corporibus
non inhærent:ut hi qui ſono quodam uocũ & phry
giis cantibus incitãtur multos nemora ſiluæq;: mul
tos amnes aut maria cõmouent: quorum furibũda
mens uidet ante multo quæ ſunt futura. Quod de
genere illa ſunt:e heu uidete:iudicauit inclytum iudi
cum inter deas tris aliquis:quo iudicio lacedemonia
mulier furiarum una aduenìet.Eodem enim modo
multa a uaticinantibus ſepe prædicta ſunt: neq; ſolũ
uerbis ſed etiam uerſibus: quos olim fauni uateſq;
canebant.Similiter Martius & Publicius uates ceci/
niſſe dicuntur quo ex genere Apollinis operta pro/
lata ſunt.Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe ter/
rarum:q̄bus inflate mentes oracula funderent. Atq;
hæc quidem uatum ratio eſt:nec diſſimilis ſane ſom
niorum.Nam quæ uigilantibus accidunt uatibus:ea
dem nobis dormientibus.Viget enim animus inſõ
nis:liberq; ſenſibus ab omni impeditione curarum
iacẽte & pene mortuo corpore:qui quia uixit ab oĩ
æternitate uerſatuſq; ẽ cum ĩnumerabilibus animis:
omnia.quæ in natura reꝝ ſunt uidet:ſi modo tẽpera
tis eſcis modiciſq; potiõibus ita eſt affectus:ut ſopi/
to corpore ipſe uigilet hæc ſomniantis eſt diuinatio

VATIBVS:futura diuino impulſu & afflatu prædicentibus. PRObantur:tenent tanq̄ uera dicæarchus fuit ſiculus
Ariſtotelis auditor ut ſcribit Suidas. NOſtro:familiaritate nobis iuncto. SI propterea:inquit ſtoicus ſi hæc duo ge
nera:ideo probantur quia naturalia ſunt.eſto primum habeant locum dũmodo cætera quæ arte conſtant non exclu/
dantur. SINT ſũma:maxima genera diuinandi. SAne:certe profecto. MODO ne ſola: cæteris repudiatis quæ
nouit uita cõmunis:& uſus comprobauit. SIN autem:ideſt ſi omnino tollunt e medio artificioſas diuinationes q̃s
longa obſeruatio rerum & euentuum peperit confundunt uitam humanam & in ambiguum redigunt quæ talibus:
obſeruantibus regitur. IN obſeruatione:ideſt nullam
eſſe ueritatem in diuinatione quam uocant artificioſã.
RAtio uitæ:ars:moduſq; uiuẽdi:quem diuturna ob
ſeruatio ſtabiliuit. DANT aliquid:concedunt aliquã
eſſe diuinationem uaticinantium ſcilicet & ſomnianti/
um. CVM his:cratippo: & Dicæarcho. CVM ſint:
aliqui philoſophi reperiantur ut Epicurei negantes pe
nitus ullam eſſe diuinationem. EVOlant : exeunt cõ/
mentando & libere contemplando amotis corporeis
obſtaculis. ARdore:ideſt ardenti cupidine ueri uiden
di & diſpiciendi:nec non exceſſu quodam mentis : &
inſpiratione diuina hi uaticinantes dicuntur:& præſa/
gi. PRAEnuntiant:futura prædicunt. INflãmantur
accenduntur & cõmouentur non una re ſed multis.
NON inherent:ideſt qui uagantur & excurrunt.
INcitantur:aguntur in furorem quendam & mentis
alienationẽ. PHRYgiis:cybeleiis.Heuſtathius Libyci
Dionyſii interpræs dicit.Arrianus autor eſt phrygas eſ
ſe ditiſſimos:antiquiſſimoſq; omnium hominum: &
furibundos propter cybelen:fiunt enim chorybantes
cum furore agitantur:& clamant ſaliuntq; futura præ/
dicentes. COMmouent:incitant ad furorem. FVri/
BVNDA: commota:& inflãmata. E HEV:uaticini/
um Caſſandræ furentis:carmen eſt tragici poetæ uatici
nantem puellam inducentis. INter:deas tris:Palladẽ.
Iunonem:& Venerem cui aureum pomum addixit Pa
ris in ida phrygia paſtor. MVlier:Laconica Helena tan
torum malorum cauſa. VERſibus : carminibus:quæ
pedibus conſtarent & numeris : quod erat mirum in
natura rudi ac ſimplici:quapropter diuina ſuberat uis :
fauni & uates dicti ſunt a fando & uaticinando. CEci
niſſe:uerſibus enunciaſſe futura:ſic etiam fuerunt reſpõ
ſa apollinis q̃uis phœbades eſſent omnino rudes.Mar
tius & publicius Romani fuerunt. QuO genere: me
trica oratione ac numeris. OPERta : arcana oraculis
apollineis reſerata. CREdo etiam:ponit aliam ratio/
nem & cauſam naturalis diuinationis. ANHElitus:
ſpiritus & afflatus. ORAcula:prædictiones rerum fu
turarum.eſt autem oraculum ſententia diuina ore hu/
mano enunciata. RAtio:cauſa quare uates futura enũ
cient. NEC diſſimilis:ẽ ſcilicet ratio & cauſa ſomnio/
rum:habet enim & ipſa originem a natura:uates uigi/
lando præſagiunt.Idem efficiunt dormientes docente
natura & inſtigante. NAM quæ accidunt:ideſt uigo
res animorum:& liberi motus cum e corporibus ex/
currunt:& aliqua re obiecta incitantur. VIGET:uigo
rem habet cum nõ diſtrahatur ſenſibus:uiſu ſcilicet au
ditu:guſtu:odoratu:& tactu iccirco ſomnus dicitur obligatio ſenſuum. QVI:animus opinio priſcorum fuit & ma
xime Platonis tot animas fuiſſe creatas ab initio quot ſtellæ ſunt ad quod reſpiciens Virgilius cecinit in georgicis.
Nec morti eſſe locum:ſed uiua uolare Sideris in numerum atq; alto ſuccedere cælo.quam hallucinationem confuta
uit Ariſtoteles:& ueritas chriſtiani dogmatis damnat imprimis. INNVmerabilibus:infinitis. IN natura: in ſecretis
rerum naturalium. AFFEctus:diſpoſitus ut uere dicatur uigilare cum corpus dormit. HAEC talis naturæ talemq;
habet rationem & cauſam.

HIC:in hac parte locoqꝫ eſt utraqꝫ diuinatio inquit Quitus & ars inuenta interprætandi oracula cæteraqꝫ diuinatio
num genera fruſtra ſiquidem data eſſet diuinatio ſi modus & uia intelligendi & interprætandi non haberetur. Hoc
munere functus eſt Antiphon athenienſis cuius & Luciáus meminit agens de portis ſomniorum. & ianitore atqꝫ edi
tuo. INterprætatio:ratio & ars interprætandi quæ uiſa ſint. NEqꝫ ea naturalis:non naturæ proprietate atqꝫ inſtin/
ctu. SED artificioſa:arte comparata:& uſu effecta. EOdemqꝫ modo:ſimiliter interprætatio uaticiniorum. EXpla
natores:interprætes & enarratores talium quéadmodum grāmatici ſunt explanatores poetarum. AD uenas:meatus
& fluxus uenæ quadam ſimilitudine dicuntur ſubter
ranei meatus per quos metalla fluunt ut ſanguis ꝑ ue/
nas corporis:& ſpiritus per arterias. CVLTus: tracta
tiones & concinationes ad optimum ſaporé. CON
ditiones:uias & modos condiendi addito ſalæ cæte
riſqꝫ condimentis:condire eſt ſaporem rebus compara
re ac bene diſponere. MAteria:omne id quod naturæ
ſollertia præparauit artibus ut nouas inducant formas
Artifex etenim materiem ſibi nō poteſt gignere: ſed ge
neratam a natura effingit. CONfectionis: elaboratio
nis & conformationis. FAbricam:artificium. QuO
modo autem. Ambigitur inquit Quintus quomodo
uideri poſſint ea quæ nondum ſunt:ſed hoc erit mani
feſtum ſi quædam ante declarétur. & teneant̃. SED
explorata:ideſt quæſita & cognita. ANte quæri:ueſti
gari & diſſeri. HAEC:qua uia ſcilicet uideantur ea q̃
nondum ſubſiſtunt:ſed latent in ſuis cauſis. CON/
tinet:compræhendit:& ſuſtinet. EA ratio:cognitio &
ſcientia. OBtinemus:conſeruamus tuemur: atqꝫ de/
fendimus. STAbit:firmum erit & clarum. HVNC
locum:hanc quæ eſt in manibus quæſtionem de diui
natione:nec non rationem quare uideri poſſint futura
ESSE deos:nam Lucilius balbus ex ſtoicorum ſen/
tentia probat eſſe deos in ſecundo de natura deorū ut
dictum eſt:eorum qualitas aperit:prouidentiaqꝫ eoruꝫ
adminiſtrari mundū humaniſqꝫ rebus conſuli tandem
concluditur. SI tenemus:ſentimus atqꝫ defendimus.
Conuelli:cōmoueri & labefactari cū firmiſſima ſint
& ueriſſima. Neceſſe eſt:qm̄ niſi id facerent hominibꝰ
nō cōſulerét. QuOmodo:q̃ uia & rōne ſignificet̃:nō
n. indifferéter agit̃:ſed ut diuiæ libuerit ꝓuidétiæ. FIS
ſis:rimis & diuiſionibꝰ in iecor̃ apparétibꝰ aut ſingulis
uocibꝰ auiū:ſed qbuſdā ut cæliꝰ diſponit̃. DEcorum:
cōueniés diuinæ maieſtati. NEC fieri pōt:hāc ſniām
demiror i ſtoico ph̄o ꝓnoeæ oīa tribuéti: q̄ꝑ accipio
īndecorū eē diiſqꝫ indignū rebꝰ minimis ītereſſe: fieri āt
nō poſſe ut interſit pēitus auerſor:ſed forte mēdoſus ē
codex:& hoc inſertū eſt critici cuiuſdā iudicio qđ ſæpi
us aberrat q̃ collimet. VT certis:qbuſdā definitis ue/
tis. & ꝓuiſis. CERta:q̃dā definita: & ſignificantia.
PRAEcurrerér:ꝓuenirét antecederét in oī mēbro na
turæ ac diuiatiōis gn̄e. EXtis:īteſtinis atqꝫ uiſceribus.
OSTENtis:ꝓdigiis & mōſtris. VIſis: imaginibꝰ &
phantaſmatibus. VOcibꝰ:enuntiationibus uaticinan
tium ꝑ furoré. EA:ſigna. BEne:recte:ac uere. PER
cepta:cognita & intellecta. NON ſepe:ideſt raro aber
rant a ueritate quam ſigna præcurrunt. MALE con/
iecta:prauo coniectu intellecta: iudicataqꝫ. INTER/
prætata:explanata declarata perperam. VITIO: cul/
pa quoniam ueræ ſunt:ſed male intelliguntur. CON
tinentem:gubernantem:& conſeruantem. QVA ra
tione:uia modo cauſa. SVSPIcari: opinari.

Vis ſentiens

hic magna quædam exoritur neqꝫ ea naturalis:ſed ar
tificioſa ſomniorum Antiphonis interprætatio:eo/
demqꝫ modo & oraculorum & uaticinationum:ſūt
enim explanatores:ut grammatici poetarum. Nam
ut aurum & argentum æs ferrum fruſtra natura di/
uina genuiſſet:niſi eadem docuiſſet quemadmo/
dum ad eorum uenas perueniretur: Nec fruges ter/
ræ:bacaſue arborum cum utilitate ulla generi huma
no dediſſet:niſi earum cultus & conditiones tradi/
diſſet:materia quid deinde iuuaret niſi confectionis
eius fabricam haberemus: ſic cum omni utilitate
quam dii hominibus dederunt ars aliqua coniun/
cta eſt:per quam illa utilitas percipi poſſit. Item igi/
tur ſomniis:uaticinatōibus oraculis: q̄ erant multa
obſcura multa ambigua explicatiōes adhibitæ ſunt
interprætum. Quomodo autem aut uates aut ſom
niantes ea uideant quæ nuſquam etiam tunc ſint:
magna quæſtio eſt: ſed explorata ſi ſint ea:quæ ante
quæri debeant:ſint hæc quæ quærimus faciliora.
Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio:
quæ eſt de natura deorum: quæ a te ſecundo libro
eſt explicata dilucide:quam ſi obtinemus:ſtabit illud
quod hunc locum continet: de quo agimus eſſe
deos: & eorum prouidentia mundum adminiſtra/
ri:eoſdēqꝫ conſulere rebus humanis:nec ſolum uni
uerſis:uerumetiaꝫ ſingulis. Hæc ſi tenemus q̃ mihi
qdem non uidentur poſſe conuelli:profecto homi
nibus a diis futura ſignificari neceſſe eſt. Sed diſtin/
guendum uidetur quonam modo. Nam non pla/
cet ſtoicis ſingulis iecorum fiſſis:aut auiuꝫ cantibus
intereſſe deum:neqꝫ enim decorum eſt: nec diis di/
gnum:nec fieri ullo pacto poteſt:ſed ita a principio
inchoatum eſſe munduꝫ:ut certis rebus certa ſigna
præcurrerent: Alia in extis:alia in auibus:alia in fulgo
ribus:alia in oſtentis:alia ī ſtellis:alia in ſomniantium
uiſis:alia in furentium uocibus:ea quibus bene per/
cepta ſunt:hi non ſepe fallunt̃. Male coniecta:maleqꝫ
interprætata falſa ſunt:non rerum uitio:ſed interpræ
tum inſcientia. Hoc auteꝫ poſito atqꝫ conceſſo eſſe
quandam uim diuinaꝫ hominum uitam continenté
nō difficile eſt: quæ fieri certe uidemus:ea qua rōne
fiát ſuſpicari. Nā & ad hoſtiā deligendā pōt dux eſſe

uis quædam ſentiens:quæ eſt toto confuſa mundo:
& tum quum imolare uelis extorum fieri mutatio
poteſt:ut aut abſit aliquid aut ſuperſit.Paruis.n.mo/
mentis multa natura aut affingit:aut mutat:aut de/
trahit:qd ne dubitare poſſimus:maximo eſt argumē
to:quod paulo ante interitū Cæſaris cōtigit: q̃ quū
imolaret illo die quo primū in ſella aurea ſedit:& cū
purpurea ueſte ꝓceſſit:in extis bouis optimi cor nō
fuit.Nū igitur cenſes ullum animal quod ſanguinē
habeat:ſine corde eſſe poſſe? Qua ille rei nouitate
perculſus:quū ſpurinna diceret timendū eſſe ne cō/
ſilium & uita deficeret:earum enī rex utraq; a corde
ꝓficiſci:poſtero die caput in iecore non fuit: quæ q/
dem illi portēdebantur a diis imortalibus:ut uideret
interitum non ut caueret.Quū igitur hæ partes i ex
tis nō reperiuntur:ſine q̃bus uictima illa uiuere ne/
quiſſet:itelligendū eſt in ipſo imolationis tempore
eas partes quæ abſint interiſſe.Eadēq; efficit in aui/
bus diuina mens ut cū huc tunc illuc uolēt alites : tū
in hac tū in illa parte ſe occultent:tum a dextra tum
a ſiniſtra parte canant oſcines.Nam ſi omne animal
ut uult ita utitur motu ſui corporis prono:obliquo:
ſupino:mēbraq; quo uult flectit:contorquet porri/
git:cōtrahit:eaq; ante efficit pene q̃ cogitat:quāto id
deo eſt facilius:cuius numini parent oia:idemq; mit
tit & ſigna nobis eius generis:qualia permulta hiſto
ria tradidit:quale ſcriptum illud uidemus:ſi lūa pau/
lo ante ſolis ortum defeciſſet in ſigno leonis:fore ut
armis Darius & Perſæ ab Alexandro:& Macedoni/
bus prælio uincerētur:Dariuſq; moreretur. Et ſi pu
ella nata biceps eſſet:ſeditionē in populo fore:corru
ptelam & adulteriū domi.Et ſi mulier leonē peperiſ
ſe uiſa eſſet:fore ut ab exteris gentibus uinceretur illa
res.p.in qua id contigiſſet.Eiuſdē generis ēt illud eſt:
quod ſcribit Herodotus Crœſi filium quum eſſet
infans locutū:quo oſtēto regnum patris & domū
funditus cōcidiſſe:Caput arſiſſe Seruio Tullio dor/
mienti:q̃ hiſtoria non ꝑdidit? Vt igitur qui ſe tradet
ita q̄eti præparato aīo cū bonis cogitatiōibus ad tran
quillitatē accōmodatis certa & uera cernit in ſomnis
ſic caſtus aīus puruſq; uigilantis & ad aſtrorū & ad
auium reliquorumq; ſignorum:& ad extorum ue/
ritatem eſt paratior.Hoc nimirum eſt illud quod de
Socrate accepimus:quodque ab ipſo in libris ſocra/
ticorum ſepe dicitur eſſe diuinum quiddam : quod
dæmonion appellat:cui ſemper ipſe paruerit:nunq̃ i
pellenti:ſepe reuocanti.Et ſocrates quidem quo quē

VIS SENTIENS:ideſt diuina quædam intelligen/
tia qua duce:ac inſtigatrice uictima eligitur ad ſacra.
QVAE:uis ſentiens quā mundi animam ſtoici opi
nati ſunt. CONſuſa:mixta magno corpori eiuſq; mē
bris. SVperſit:redundet. MOmentis:punctis tempo
rum. Momētum eſt mutatio pene indiuiſibilis. AF/
fingit:addit. ARgumento ſigno:& ꝓbationi. OPI
mi:obeſi. NVM cenſes:impoſſibile īquit eſt tale ani
mal eſſe ſine corde. Ariſtoteles agēs de partibus anima
lium dicit. Cor igitur omnibus ſanguine præditis ieſt.
Sanguis enim neceſſario ineſt his quæ ſanguinea ſunt
qui cum humidus ſit conceptaculum habeat neceſſe
eſt:ideoq; uenas natura finxit quarum unum eſſe prin
cipium neceſſe eſt. Vbicunq;.n.fieri pōt unū eſſe q̃ plu
ra melius eſt cor aūt uenarum principiū eſt. PERcul/
ſus:cōmotus conterritus. CONſiliū:ratio:cuius ſedē
in corde poſuit Ariſtoteles : Plato autē i cerebro:cor in
quit philoſophus ſanguinolentū:eſt motus etiā lætitiæ
ac triſtitiæ deniq; oium ſenſuum hinc oriri uidentur.
Quod principiū ſit naturæ eorum quæ ſanguinē ha/
bent argumentū uel inde deduci poteſt ꝙ nullum ani
mal ſanguinis compos careat corde: principium.n.ſan
guinis habeant neceſſe eſt. CAput:ſūma' pars iecoris.
VT uideret:futura prænoſceret. OSCInes:aues ore
auguriū facientes. NAM ſi omne animal:ſimilitudi/
ne oñdit hoc eſſe diuinæ menti factu facillimū. PRO
no:decliui cernuo. OBliquo:flexo. PORrigit:exten
dit. NVmini potentiæ uoluntati imperio. CVM eſ/
ſet infans:ideſt mutus fariq; nequiret erat .crœſo īquit
herodotus filius habilis cætera:ſed mutus:quod uitiū
ut emēdaret delphos etiā miſerat.Pythia ſic reſpondit
Lyde gēus Rex multorū ualde īſcie crœſe.Ne cura gna
ti exoptatā audiſſe loquentis.Intra ædes uocem ſine q̃
potior tibi longe.Illa die qm̄ primum īfelice loquetur.
Captis mœnibus quidam perſes i crœſum ſibi ignotū
ut occiſurus uadebat.Mutus ut aſpexit timens patri in
hanc erupit uocē.Homo ne perimas crœſum. QuE
hiſtoria.q.d.omnia litterarum monimenta tum latina
rum tum græcarum id teſtanť:eo tempore inquit Liui
us in regia prodigium uiſum.Puero dormienti cui ſer
uio Tullio nomen fuit caput arſiſſe ferunt multorum
in conſpectu. CAſtus:imaculatus. PVrus:ſincerus ci
traq; uitium. VEritatem:ueram ſignificationem:& in
telligentiam:& ſic affert fidem utriuſq; diuinationis.
IMpellenti:hortanti ad aliquid agendum.Dæmones
græce dicuntur latine lares domorum tutores: & ho/
minum in Timæo ſic ſcribit.Idem Cicero.Dæmonas
appellant græci:noſtri:ut opinor:lares ſi modo hoc re/
cte conuerſum uideri poteſt.

AVTOREM:doctorem ac ducem. REferendum:
conſilium ab eo petendum quem ut uaticinii & ſapiē/
tiæ numen græcia ueneratur. ADductum:attractum.
PRAEſagitione:præſentione:ac uaticinatione. DE/
lium:oppidum fuit ac templuꝫ apollinis in boetia qđ
e delo profecti condiderunt. Liuius agens de bello ma/
cedonico:ſic ſcribit Templum eſt apollinis delium im
minens mari ubi & fano lucoq; ea religione & eo iure
quo ſancta ſunt templa Aſyla græci appellant. CON
iecta:explanata & interprætata. AEQVISſimo: pa/
catiſſimo:& tranquilliſſimo. Socrates apud Platonem
in apologia ſic loquitur: Diuina quædam uox mihi
adeſt quæ agere quippiā aliquando prohibet ad agen
dum uero prouocat nunq̄:uos iudices bene de morte
ſperare debetis:idq; unum cogitate uerum eſſe:uiro ui/
delicet bono nil mali accidere poſſe neq; uiuenti neq;
uita defuncto:mihi laboribus morte liberari bonū eſt:
& ideo diuinum illud ſignū mihi non obſtitit. SVG
geſtum:pulpitum. ARte:ratione ac formulis. CON
iectura:opinabili iudicio quod ſignis nititur coniectu
ralis eſt mædicina:īquit Celſus:ratioq; coniecturæ ta/
lis eſt ut cum ſæpius reſponderit aliquando tamē fal/
lat. PRO certo:uero:& fixo. IPſum:ſignum aut illi
oppoſitum. PRAEſenſa:præcognita & enūtiata pri/
uſq̄ fierent. DIuine:ideſt diuinitus:& non alia ui q̄ di
uinatione. VT cadat:eueniat. CAſu aut fortuito:ideſt
excluſo caſu qui naturam ſequitur:& fortuna quæ mē
tem:cum accidens cauſa ſit in utroq; ut in phyſicis ape
rit philoſophus. ESSE diuinationem: peritiam & ar
tem diuinandi cuius cauſa eſt deus inquit & fatum:&
natura. VIS:poteſtas:& efficacia. RAtio: cauſa:mo/
dus:& uia. REpetenda:requirēda ab his tribus. FA
to:neceſſitate quadam fatali cauſarum inquit. Idem Ci
cero in topicis:genera ſunt duo unum quod ui ſua id
quod ſub ea ſubiectum eſt certe efficit ut ignis accēdit.
Alterum ſine quo effici quid non poſſit ut ſi quis æs
cauſam ſtatuæ uelit dicere eius generis cauſarum ſine
quo non efficitur alia ſunt quieta nihil agentia ſtolida
quodāmodo ut locus tēpus materies ferramenta. Alia
autem præcurſionem quandam adhibent ad efficien/
dum & quædam afferunt per ſe adiumēta: & ſi nō ne
ceſſaria:ut amori congreſſio cauſam attulerit:amor fla/
gitio ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentiuꝫ
a ſtoicis fatum nectitur:hæc Cicero. Chryſippus quar/
to de prouidentia dicit hemarmenen: ideſt fatum eſſe
naturalem quendam ordinem omnium rerū ex æter/
no. RAtio:uis ipſa cauſarum:& rerum quædam im/
plexa ſeries & cathēa:ut placuit ſtoicis. HEmarmene:
dicitur quoniam omnia genita ordine quodam com/
præhenduntur. Marpto græce compræhendo latine.
SEriem:contextum quendam. FLVens:emanans in
omne tempus talis præcedētium cauſarū uerus effect⁹.
FVErit futurum:pendens uidelicet a cauſis in quib⁹:
latebat. NAtura:rerum uis: & proprietas. SVperſti/
tioſe:curioſe nimis & anxie. PHYſice: ſecundum na/
turæ rationem cauſas rerum continentis.

Cauſa

autorem meliorem quærimus:Xenophonti conſu
lenti:ſequeretur ne Epicuruꝫ:poſtea q̄ expoſuit quæ
ſibi uidebantur:& noſtrum quideꝫ inquit humanū
eſt conſilium:ſed de rebus & obſcuris & incertis ad
Apollinem cenſeo referendū:ad quē etiam Atheni/
enſes publice de maioribus rebus ſemp. rettulerūt.
Scriptū eſt item quū Critonis ſui familiaris oculum
alligatum uidiſſet:quæſiuiſſe quid eſſet. Quum aūt
ille reſpondiſſet in agro ambulanti ramulum addu/
ctum ut remiſſus eſſe in oculū ſuum recidiſſe:tū So
crates. Nō enim paruiſti mihi reuocāti:quū uterer q̄
ſoleo pſagitiōe diuina. Idē ēt Socrates quū apud de
lium male pugnatum eſſe lachete pretore fugeretq;
cū ipſo lachete ut uentū eſt in triuiū eadē q̄ cæteri fu/
gere noluit:qbus quærētibus cur non eadem uia p/
geret:deterreri adeo dixit. Tū qdem ii q alia uia fuge
rāt:in hoſtiū equitatū inciderunt:Per multa coniecta
ſunt ab Antipatro:quæ mirabiliter a Socrate diuina/
ta ſunt:q̄ prætermittā:tibi.n.nota ſunt:mihi ad cōme
morandū nō neceſſaria. Illud tñ eius philoſophi ma
gnificum ac pene diuinū:q cuꝫ impiis ſententiis dā
natus eēt:æquiſſimo animo duxit mori. Neq; enim
domo egredienti:neq; illud ſuggeſtum:in quo cau/
ſam dixerat aſcendenti ſignū ſibi ullū qđ conſueſſet
adeo quaſi mali alicuius īpendentis datū. Equidē ſic
arbitror ēt ſi multa fallāt eos qui aut arte aut cōiectu
ra diuinare uideant᷑:eē tñ diuinationē: hoīes aūt ut
in cæteris artibus ſic in hac poſſe falli. Pōt aūt accide
re ut aliqđ ſignū dubie datū:p certo ſit acceptū:pōt
aliqđ latuiſſe:aut ipſum:aut quod eſſet illi cōtrariuꝫ.
Mihi aūt ad hoc de quo diſputo pbandū ſatis eſt nō
modo plura:ſed ēt pauciora diuine pſenſa: & pdicta
reperiri. Quin ēt hoc nō dubitās dixeri:ſi unum ali
qd ita ſit prædictū præſenſumq;:ut quū euenerit:ita
cadat ut pdictū ſit:neq; in eo qcq̄ caſu & fortuitu fa/
ctū eē appareat:eſſe certe diuinationē:idq; eſſet om/
nibus cōfitēdum. Quo circa primū mihi uidet᷑ ut
Poſſidonius facit adeo de quo ſatis dictū eſt:deīde a
fato deīde a natura uis omnis diuinādi ratioq; repe/
tēda eſt. Fieri igitur omnia fato ratio cogit fateri:fatū
aūt id appello:qđ græci hemarmenē ideſt ordinē ſe/
riemq; cauſaꝝ:quum cauſa cauſam ex ſe gignat:ea ē
ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Qđ
quū ita ſit:nihil eſt factū quod nō futurum fuerit:eo
demq; modo nihil eſt futurū:cuius nō cauſas id ipſū
efficiētes natura cōtineat. Ex quo intelligit᷑ ut fatum
ſit non id quod ſuperſtitioſe:ſed id qđ phyſice dicit᷑

Cauſa

CAVSA:rõ & principiũ efficiendi uim hñs. INſtant:pſen tia ſunt. NOtari:ſignari & aiaduerti:cõiiciq₃. PLErũq₃:
ſæpius:qm̃ nõ ſemp ipſa ſigna rñdent:& cõiectura.Siqd ait Celſus uix in milleſimo corpe aliqñ decipit:id notã nõ ha
bet.Medicina eſt cõiecturalis:neq₃ rñdet ei plerũq₃ nõ ſolũ cõiectura:ſed etiã experientia:& ĩterdum nõ febris:nõ cibus
non ſomnus ſubſequit̃ ſicut aſſueuit. ID:qđ.ſ.ſemp cõſequat̃. VEriſimiles:hñtes aliquã ſimilitudinem ueri:& non
certitudinẽ.Eſt enim cõiecturalis ars diuinatio. PERfurorem:afflatum diuinũ & mẽtis alienationẽ per quãdam exta/
ſim diuinitus accidẽtem. Q VIEte:ſomno & ſic ponit utrũq₃ mẽbrum naturalis diuinationis. ALIO loco.i.libello

cauſa æterna rerum cur & ea quæ præterierunt facta
ſint:& quæ inſtant fiant:& quæ ſequunt̃ futura ſint.
Ita fit ut obſeruatione notari poſſit:quæ res quam/
cũq₃ cauſam plærũq₃ cõſequatur etiam ſi non ſemp.
Nam id quidem difficile eſt affirmare:eaſdemq₃ cau
ſas ueriſimiles rerum futurarum cerni ab iis:qui aut
per furorem eas:aut in quiete uideant.Præterea quũ
fato omnia fiant:id quod alio loco oſtẽdetur:ſi quis
mortalis poſſit.eſſe qui colligationem cauſarꝫ oĩum
perſpiciat animo:nihil eum profecto fallet.Q ui enĩ
teneat cauſas rerum futurarum idem neceſſe ,eſt om
nia teneat:quæ futura ſint. Q uod quum facere ne/
mo niſi deus poſſit:relinquendum eſt homini ut ſi/
gnis quibuſdam cõſequentia declarãtibus futura p̃/
ſentiat.Non enim illa quæ futura ſunt ſubito exiſtũt:
ſed eſt quaſi rudentis explicatio : ſic traductio tem//
poris nihil noui efficientis:& primum quidq₃ repli/
cantis.Q đ & hi uidẽt qbus naturalis diuinatio data
eſt:& hi qbus curſus rerꝫ obſeruãdo notatus ẽ. Q ui
& ſi cauſas ipſas nõ cernũt:ſigna tñ cauſarꝫ & notas
cernũt:ad quas adhibita memoria & diligẽtia ex mo
nimẽtis ſupiorꝫ efficit̃ ea diuinatio q̃ artificioſa dici/
tur extorꝫ:fulgurꝫ:oſtẽtorũ:ſignorũq₃ cæleſtiũ.Nõ ẽ
igit̃ ut mirãdũ ſit ea p̃ſentiri a diuinãtib⁹:q̃ nũq̃ ſint
Sunt enim oĩa:ſed tempore abſunt.Atq₃ ut in ſæmi
nibus uis ineſt earum rerũ q̃ ex his ꝓgignũtur:ſic in
cauſis conditæ ſunt res futuræ:quas eſſe futuras aut
cõcitata mens aut ſoluta ſomno cernit:aut ratio:aut
cõiectura p̃ſentit.Atq₃ ut hi qui ſolis & lunæ reliquo
rumq₃ ſyderum ortus:obitus:motuſq₃ cognorunt:
quo quidq₃ tempore eorum futuruz ſit multo ante
prædicunt:ſic qui curſum rerum euentorũq₃ conſe/
quentia diuturnitate pertractata notauerunt:aut ſem
per aut ſi id difficile eſt plærumq₃. Q uod ſi ne id q/
dem conceditur:nõnunq̃ certe quid futurum ſit itel
ligunt.Atq₃ hæc quidem & q̃daz eiuſmodi argumẽ/
ta:cur ſit diuinatio ducunt̃ a fato:a natura autem alia
q̃dam ratio eſt:quæ docet quãta ſit animi uis ſeiun/
cta a corporis ſenſibus:qđ maxime cõtingit aut dor
mientibus:aut mẽte permotis. V t eni deorũ aĩ ſine
oculis ſine auribus:ſine lingua ſentiunt inter ſe quid
quiſq₃ ſentiat:ex quo fit ut hoĩes etiam quum taciti

qué de fato cõpoſuit Ci. Cuius pars extat lacera:& mẽ/
doſa:ut i ea uſus pene nullus ſit. COLligationẽ:cõne
xionẽ ac feriẽ ad ꝓducẽdos effect⁹. TEneat:hẽat:co/
gnoſcat itelligat. Hoĩ:hũanæ cognitõi q̃ ad p̃ſpiciẽdas
cãs in diuina maieſtate:atq₃ inſcrutabili cõſilio latentes:
SIgnis.i.notis quas cauſæ oſtẽdũt. CONſequentia:
euentura. NON exiſtũt:nõ apparẽt:ſeq₃ oſtendũt:ſed
latẽt in ſuis cauſis. SED eſt:ſimilitudine nautici funis
& piſcatorii:qui explicat̃:& cõplicatur oſtendit naturã
tpis fluentis & redeuntis. Vñ dixit Virg. In ſe per ſua ue
ſtigia uoluit̃ annus qui ob id emautos uocat̃ a græcis.
EXplicatio:euolutio. TRAductio:traiectio & cur/
ſus. NIhil noui:qm̃ eedẽ cauſæ eoſdẽ effect⁹ alias ꝓdu
xerũt:& ſic ſub ſole nouũ eſt nihil. REplicãtis:iterꝫ in
uoluentis:ut fiant inuolucra tẽporꝫ:earũdẽq₃ cauſarũ:
nec nõ euentorꝫ ſuo tpe:ac loco. Q VOD:quã rẽ.i.
explicationẽ:& replicationẽ per eadem ueſtigia rerum
cauſas & notas. NAturalis:per furorẽ:& q̃etẽ. NO/
tatus:ſignatus & obſeruatus lõgo uſu quo ars efficit̃.
CAVſas:rõnes:& uim efficientẽ.uident tñ notas rerꝫ
cõſequẽtiũ.Fatũ dicebat Chryſipp⁹ autore gellio ẽ ſem
piterna q̃dã et ĩdeclinabilis ſeries rerꝫ et cathena uoluẽs
ſeſe & ĩplicãs p æternos cõſequẽtiæ ordines e qb⁹ apta:
cõnexaq₃ eſt. EX monimẽtis:obſeruationib⁹ & hyſto
riis. SIgnorꝫ cæleſtiũ quæ aſtronomi notantes aſtro/
nomiam effecerũt. NON eſt mirũ:occurrit obiectiõi:
docetq₃ ea eẽ in ſuis cauſis q̃ nõdũ extant aut apparẽt.
NVSq̃ ſint:nõdum appareant. SVNT oĩa:hñt eẽ in
propriis cauſis. TEMpore.ſpatio tpis & conditione:
oĩa ſiqdem ſuo tpe ac loco apparent & traiectio tpis ex
plicat cũcta & implicat. VIS:cauſa efficiẽs & ꝓcreans
CONcitata:diuinitus cõmota:& ĩſpirata. SOluta:li
bera corpore ſopi:coligatiſq₃ ſenſibus:& hæc eſt furẽ/
tium diuinatio & ſomniantium. AVT rõ.i.ars uſu ef
fecta:eſt ſiqdem hæc artificioſa diuinatio. CONiectu
ra:notatio ſignorum:& opinabile iudiciũ. EVENto/
rum:effectuum. CONſequentia ꝑtractata:diligenter
obſeruata ea quæ tales notas & ſigna ſeq ſolẽt. DIV/
turnitate:longo uſu:& experientia:tractare eſt frequen
ter tãgere.ꝑtractata dicunt̃ exacte ac ſtudioſe tacta:uiſa:
& cognita. NOtauere:obſeruauerunt. PLErũq₃:ſæ/
pius & ut plurimum. NON nunq̃:aliqñ & ĩterdum.
EIVSmodi:eiuſdem generis & qualitatis. DVcunt̃:
originantur a fatalibus cauſis:in quibus latent omnia
& cõſeruãtur. A NAtura:a naturali ꝓprietate rerum:
quarum principiũ optinet anima. RAtio:uia & mo/
dus. VIS:poteſtas & efficacia. SEiuncta:ſeparata & li
bera per ſomnum quo extrinſeci ligantur ſenſus:& ani
ma ſoluit̃ quæ prius alligata erat:& occupata circa ob/
iecta ſenſuum. MENte permotis:furentibus & uatici/
nantibus. SENtiunt:cognoſcunt & intelligunt hu/
mana ſi cogitationes.

OPTENT cupiant aliquid. VOueant:ꝑmittant numinibus ſi cõpotes uoti.i.deſiderii fuerint. VAcant:uacui ſunt & ſuloti. PERmoti:furore perciti. LIberi:ſoluti. INcitati:cõmoti ſine ſenſuum adminiculo:ſed ſua ui diuina & ꝑſa ga. RAtionẽ naturæ:modum & uiam naturalis diuinatiõis. TRAducere:tráſferre accõmodareq;. RImat̃:ſubtili/ ter inqrit:& ꝑſcrutat̃ artificioſa diuĩatio quãtũ põt id qđ naturalis diuinatio ꝑcipit:hæc ſiqdẽ ui naturæ excitat̃ ad co gnitionẽ cauſaꝝ & euẽtoꝝ:illa tendit ad idẽ alia uia.i.lõga reꝝ experiẽtia:& obſeruatiõe ſignoꝝ q̃ inſunt ipſis rebus: quas natura tuet̃ & fouet.hæc igit̃ diuinatio etiã a natura ꝓficiſci uidet̃:ſed nõ ea ꝓprietate ac facultate qua naturalis: iõ dixit rimat̃ id quoq; quãtum põt:& affert opionem Poſſidonii .cẽſentis eẽ in ipſis naturæ mẽbris reꝝ futu raꝝ notas:& cauſas efficiẽdi uim hñtes. CEOS:ceam inſulam incolentes.eſt aũt hæc inſula ꝓpe euboeam:in mari ægeo. ACCEpimus:intelleximus. CONiectu ram:opinabile iudicium e tali ſigno & nota rei. EX/ titerit apparuerit. PINgue:craſſum. CONcretũ cæ/ lum:denſum aerem & noxium. ASPIratio:afflat⁹ & motus. GRAuis:noxia:oneroſa. PVrum:defecatum & liqdũ. INſtituiſſet:ordinaſſe prudẽter & ĩgenioſe.

EXhabitu:naturali diſpõne. A NAtura:ab habitu naturali reꝝ & qualitate. PROfecta:orta & origina/ ta. OBſeruatio:ad notatio: VSVS:expiẽtia. QuAE: ideſt ſigna in utrãq; partẽ & futurã ſterilitatẽ aut fertili tatem. DIES:tp̃s ipm:quo multa inueniunt̃ addun/ turq; inuentis:facile eſt inuentis addere inquit phũs:& ad id tp̃s ſuffragatur ſic artes ad ſũmũ creuerũt faſtigiũ: Nihil.n.humanũ inuentũ eẽ põt ſimul & ꝑfectũ. IN/ chryſe.i.tragœdia de chryſe ſminthei apollinis olim ſa/ cerdote:cuius meminit homerus in iliade. PHYſicus: naturæ ĩterpres atq; uenator q̃uis ĩqt ut ei⁹ uerba oñdũt naturæ eẽt ignar⁹:ponit Ci.carmĩa pacuuii. ISTOS q.i.augures. EX alieno iecore:ĩſpectõe ĩteſtinoꝝ:& ſic ĩnuit extiſpices & haruſpices. Quã ſuo:ꝓprio:& iecur ꝓ corde ponit:ĩ quo ſapĩa nõnulli locauerũt.Vñ corda ti:atq; excordes. AVſcultãdũ:credẽdũ & obtẽperãdũ.

CENſeo:iudico & ſtatuo. CVR quæſo:uerba ſunt Q .Ciceronis. LVculẽte:clare aperte & bñ. QuVIC quid eſt hoc:uerba phyſici agentis de mũdo ſiue Ioue ex ſnĩa ſtoicoꝝ.Vñ Lucanus:Iuppiter eſt quodcũq; ui/ des:de his dictũ eſt habũde ut arbitor in ſecũdo de na/ tura deoꝝ. ANImat:aĩam infundit quãcũq;.i.altricẽ: motricẽ:ſentientẽ:& ĩtelligẽtẽ:hoc aũt dico nõ ut mar ſus:ſed enarrator Ci.atq; pacuuii:qd ipſe ſentiã:quidue tenẽdum ſit teſtat⁹ ſum ſæpius. FORmat:effingit:cõ ponit. ALIT:fouet ac nutrit. AVget:uegetat. CRE at ꝓducit. SEpelit ĩ ſe cadẽtia cõdit. PAter:ꝓcreator & moderator. INdidẽ:ſilr ĩde. EAdẽ:q̃ pri⁹ occide/ rãt. DEintegro:denuo & iteꝝ atq; uiciſſim. OCCI/ dũt eodẽ:recidũt in idẽ. Q VID ẽ igit̃:cõcludit Qui/ tus ex uerbis pacuuii atq; ſnĩa aĩos poſſe cognoſcere ſi gna reꝝ futuraꝝ & notas. VNA dom⁹:cõe qđdã do/ miciliũ:qđ ambit oĩa & amplectit̃. SEMꝑ fuerit:hæc ex eoꝝ ſnĩa dicunt̃ q cẽſuerũt hũanos aĩos ab initio fu/ iſſe creatos ad nũeꝝ ſtellaꝝ:ſed hæc opĩo uaniſſima eſt.

EX quoq; q̃cũq; re. INqt:dixit Q .Ci. TEſtabor: affirmabo:& affeuerabo:me nõ ꝓbare hos diuĩos q lu/ cris ĩhiãt:& decipe ſtudẽt cõpẽdii gr̃a.ordo ẽ:teſtabor me nõ agnoſcere. SORtilegi dñr q ꝑſortes uaticiant̃.

HAriolant̃:diuinãt ꝑꝑ nũmos:& credulos decipiũt.

PSYchomantia:diuinatiões ꝑ aĩam ab ĩferis euocatã: pſyche græce:aĩa latine. Mantiũ dr̃ uaticinũ & loc⁹ ubĩ fit:inde pſychomantium. In prima tuſculana dicit:ĩde ea quæ meus amicus Appius pſychomantia faciebat.

optent aliquid:aut uoueant:non dubitent quin dii il lud exaudiant ſic animi hoium quum aut ſomno ſo luti uacant corpore:aut mente permoti per ſe ipſi li beri incitati mouent̃ cernunt ea:quæ permixti cum corpore animi uidere non poſſunt. Atq; hãc qdem rõnem naturæ difficile eſt fortaſſe traducere ad id ge nus diuinationis:qđ ex arte ꝓfectũ dicimus:ſed ta men id quoq; rimat̃ quãtum põt.Poſſidonius eſſe cenſet in natura ſigna q̃dam rerum futurarũ. Vt eni Ceos accepimus ortu; caniculæ diligenter quot an/ nis ſolere ſeruare cõiecturãq; capere ut ſcribit Pon/ ticus Heraclides ſalubris ne an peſtilens annus futu/ rus ſit.Nam ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extite rit:pingue & concretum eſſe cælum:ut eius aſpiratio grauis:& peſtilẽs futura ſit. Sin illuſtris & perlucida ſtellam apparuit:ſignificari cælum eſſe tenue pu/ rumq;:& propterea ſalubre.Democitus autem cen/ ſet ſapiẽter inſtituiſſe ueteres:ut hoſtiarũ imolataꝝ in ſpicerent̃ exta:quoꝝ ex habitu atq; colore tũ ſalubri tatis:tum peſtilẽtiæ ſigna percipi:nõ nunq̃ etiã quæ/ ſit uel ſterelitas agroꝝ:uel fertilitas futura:quæ ſi a na tura ꝓfecta obſeruatio atq; uſus agnouit:multa affer re potuit dies:q̃ animaduertendo notarent̃:ut ille pa cuuianus qui in chryſe phyſicus inducitur minime naturã rerum cognoſſe uideatur.

Nam iſtis qui linguam auium intelligunt
Pluſq; ex alieno iecore ſapiunt quam ſuo
Magis audiendum quam auſcultandũ cenſeo.Cur quæſo quum ipſe paucis interpoſitis uerſibus di/ cas ſatis luculente.

Quicquid eſt hoc omnia animat format:alit
Auget:creat ſepelit:recipitq; in ſeſe omnia
Omniumq; idem eſt pater
In eundẽq; eadem quæ oriuntur de itegro:atq; eo/ dem occidunt?Quid eſt igitur:cur cum domus ſit omniu; una eaq; cõmunis:quumq; animi hominũ ſemp fuerint futuriq; ſint:cur ii qdem qd ex quoq; eueniat:& quid quãq; rem ſignificet perſpicere non põt?Hæc habuiq; inquit de diuinatiõe q̃ dicerẽ:nũc illa teſtabor nõ me ſortilegos:neq; eos qui q̃ſtus cã hariolantur:nec pſychomantia:quidem quibus Ap/ pius amicus tuus uti ſolebat agnoſcere.

NON hẽo deniq̧ nauci marſu₃ argurẽ: hoc ẽ carmẽ Ennii q Epi. ſectatꝰ negat eẽ diuinationẽ. MARſum: ẽ marſoꝝ gẽte: i altero uolumie cõſutaturꝰ: auguria Ci. dicit: difficilis ad cõtradicẽdũ locꝰ Marſo fortaſſe: ſed Ro. facillimꝰ. NAVci: ſignat nihili: & nulliꝰ ptii ide naucifacere apud Pla. nihilipẽdere. Quidã uolũt iqt Pom. ſic appellari: mẽbranulã q̃ ẽ in medio nucis. VIcanos haruſpices: circũforaneos & uagos nõ cupiditate ſciæ: aut pu. cõpẽdii rõe ductos: ſed ꝓprii qſtꝰ: & uoluptatis. DE circo Aſtro. i. uaniſſimos quoſdã uates: & ex aſtris futura pdicẽtes i circo: maxio cõmorãtes Liuiꝰ nono decadis belli macedonici dicit: quotiẽs patrũ auorũq̧ ætate negociũ ẽ hoc magiſtratibꝰ datũ ut ſacrificulos uateſq̧ foro: circo: urbe ꝓhiberẽt: et Iuue. dicit: plæbeiũ i circo poſitũ ẽ & i aggeꝛ fatũ.

Non habeo deniq̧ nauci marſum augurem
Non uicanos haruſpices: non de circo aſtrologos
Non iſiacos cõiectores: non iterprætes ſomnium
Non enim ſunt ii aut ſcientia aut arte diuini
Sed ſuperſtitioſi uates: imprudenteſq̧ harioli
Aut inertes: aut inſani: aut quibus egeſtas imperat
Qui ſibi ſemitã nõ ſapiũt: aliis monſtrant uiam
Quibus diuitias pollicenꝛ ab his drachmas
De his diuitiis ſibi deducãt drachmã reddãt cætera.

Atq̧ hæc qdã Ennius: q paucis ãn uerſibꝰ eẽ deos cẽſet. ſed eos nõ curare opinaꝛ qd agat humanũ genꝰ. Ego aũt q & curare arbitror: & monere etiã ac multa prædicere: leuitate uanitate malitia excluſam diuinationem probo. Quæ quũ dixiſſet. Quintus ꝑclare tu quidem inquam paratus;

## ¶ MARCI TVLII CI. DE DIVINATIONE LIBER SECVNDVS.

QVAERENTI mihi multũq̧ & diu cogitãti q̄nã repoſſem ꝓdeſſe quã plurimis: ne q̄n itermitterẽ cõſulere. r. p. nulla maior occurrebat: q̃ ſi optiaꝝ artiũ uias traderẽ meis ciuibꝰ: qdꝰ cõpluribꝰ iã libris me arbitror cõſecutũ. Nã & cohortati ſumꝰ ut maxie potuimus ad phiæ ſtudiũ eo libro: q ẽ iſcriptꝰ Hortẽſiꝰ. Et qdꝰ genꝰ phandi mime arrogãs: maxieq̧ & cõſtãs & elegãs arbitraremur: q̄tuor academicis libris oſtẽdimus. Quũq̧ fundamẽtũ eẽt phiæ poſitum in finibus bonoꝝ & maloꝝ: perpurgatus eſt is locus a nobis qnq̧ libris: ut quid a quoq̧: & quid contra quẽq̧ philoſophũ diceretꝛ intelligi poſſet. Totidem ſubſecuti libri tuſculanarũ diſputationũ: res ad beate uiuẽdũ maxie neceſſarias aperuerũt. Primus. n. eſt de cõtemnenda morte. Secũdus de tolerãdo dolore. De

ISIacos. i. iſidis ægiptiorũ deæ ſacerdotes diuiatione & cõiectura futuroꝝ ꝓfitẽtes. INterptes: enarratores & explanatores. Sõniũ: ꝓ ſõnioꝝ. DIuini futuroꝝ piti & pſcii. SVpſtitioſi: uani & mẽdaces. HArioli: diuiatores ꝓbroſi & inuerecũdi. INertes: uiles: ignaui: iperiti. INſani: mẽte capti: & mẽdici: quos ægeſtas ad has uanitates ipellit & ieptias. SEmitã: anguſtã uiã q̃ gradiaꝛ ſenſus ẽ: q ſibi ne i minimis qdẽ cõſuleꝛ ſciũt magna & maxia cæteris pollicenꝛ. DRAchma: ẽ octaua ps unciæ: hic ꝓ nũmo nũmo ponitꝛ. DIuitiis q̄s aliis pollicẽꝛ. DEducãt: auferãt accipiãt: & ſic cauilto utiꝛ i hos Enniꝰ. Nõ curare: hoc ut iã dixi ẽ ex opione Epi. cẽſentis deos qdẽ eẽ: ſed hũana ñ curaꝛ. Ego ãt: ꝓbat qnꝰ eã diuiatione q̃ uera ſit: grauis: & ſimplex: citra. ſ. malitiã oẽm. LEuitate: icõſtãtia: futilitate. VAnitate. mẽdacio: & iprudẽtia. MAlitia: calliditate ac uaframto qdꝰ iniqtati ac deceptiõi ſp adheret. EXcluſã: liberã: & ſepatã ab his uitiis q̃ dicta ſũt. Probo: laudo cõfirmo: aſſeuero: Præclare patꝰ: iſtructꝰ ad differẽdũ erudite copioſeq̧: tali gñe loquutionis utiꝛ La. in prio his uerbis: ſed meditatꝰ uenerat. etiã paratus;

LIBER SECVNDVS.

QVAErẽti mihi: utraq̧ diuiatio ſtoicis rõnibꝰ a Q. frẽ ꝓbata ẽ & cõfirmata: ſed M. Tulliꝰ Ci. academicã pſonã ſuſtinẽs carneadeo more ſtoicoꝝ argumẽta i dubiũ reuocat: oñdit q̧ ñ id ẽ mõſtrare qdꝰ ſtoici aſſeuerabãt: cæteriſq̧ uelut certũ: & indubitatũ pſuadere nitebanꝛ: ꝓponit diſputatiõi pfationẽ q̃ de ſuo agẽs iſtituto legẽtium aios emereꝛ: affertq̧ rões qbꝰ ad phicã ſcriptionẽ cõpulſus ẽ ſtringitq̧ i tyrãnũ cæſarẽ ancipites pugiões: & illi iã trucidato latẽter iſultat: nã apte ñ audebat pp octauiũ & M. Antoniũ uias ad tyrãnidẽ affectãtes. MVLtum: quo ad cogitationẽ: & deliberationẽ. DIV: ad tps qdꝰ i ipa deliberatiõe cõſũpſit. CONſulere: ꝓuidere: pſpicere. VIAS: rões & formulas qbꝰ ipæ artes tractãꝛ: & exercẽꝛ & ſic enũerat Ci. li. phiã₃ latiæ explicãtes. MInime arrogãs. i. nec ſupbũ: nec ptinax q̄les eſt dogma ſtoicoꝝ põnes ſuas obnixe: atq̧ arrogãter ſuãtiũ. Cõſtãs: ſibi ipi cõſentaneũ: & nõ uacillãs ut ẽ dogma Epi. ſed decretũ tenẽs ſuũ nihil affirmat: & i utrãq̧ ptẽ diſputat modeſtiſſime. ELEgans: ornatum & copioſum.

QVA tuor: tres deſiderãꝛ primꝰ: ut dixi: extat dimidiatus. Cuiꝰ principiũ eſt. In cumano nup. FVNdamẽtum: principiũ: q̄m ex rõne ꝓpoſiti finis ſumiꝛ rõ: & q̄litas eorũ q̃ ad illũ tendũt: unũ q praue cõſtituit finem hũc in toto gñe uitæ hallucinari neceſſe eſt: q̄m iudicio caret: duo. n. hæc in phia ſunt maxima: iudiciũ ueri: & finis bonoꝝ: nec ſapiẽs eẽ põt qui aut cognoſcẽdi initium ignorauerit: aut ultimũ expetendi: ut aut unde ꝓficiſcaꝛ. aut quo pueniendum ſit neſciat: hæc inquit Cicero alibi hẽre dubia: nec his ita confidere ut moueri nõ poſſint abhorret a ſapia plurimũ. FINIbus: terminis & extremitatibus. i. maximis bonis: & malis.
PVRgatus: explanatus: declaratus patefactus. A quoq̧ a ſingulis phis ſectariis: & dogmatiſtis: Epicureis uidelicet: ſtoicis: & ueteribus academicis: ut in illius operis explanatione diceꝛ latius. BEATE: tranqlle atq̧ feliciter a motu metu ipſius mortis: cæteriſq̧ affectibus: & perturbationibus uitæ beatæ ſtatum ſollicitantibus & diuexantibus.

AEGRItudine:mœſtitia:orta ex opinione p̄ſentis mali. LENIenda:mitiganda:ſedãda. REliqs:metu:ſpe:libidine. Hi enim ſunt quatuor perturbationum omnium fontes ex bonoꝝ & maloꝝ opiniõe ſcatẽtes. SE ipſa:citra fortunæ adminiculum. EDItis:emiſſis:inuulgatis. Q VAEſtio:inqſitio:& dubitatio. SVmus ingreſſi:cœpimus. VT eſt in animo:ut nobis ꝓpoſuimus. HIS libris:philoſophicis.ſ.qm̃ diſciplina rei pu.ſumma pars eſt eius philoſophiæ quæ officia uitæ:ac modum regendi alios atqꝫ gubernandi p̄ſcribit:ſcripſit de re pu.Cicero in conſulatu Platonem imitatꝰ.

LOcus:ampla materia & multiplex. FAmilia:diſciplina. VBERrime:copioſiſſime. INteriectus:ĩterpoſitus. PHIloſophia:philoſophicis præceptis & ĩſtitutis. BOnis: iuſtis. FORTIS:grauis conſtans p̄fractus:qualis fuit Cato uticenſis a Cicerone laudatus eo libro qui Cato inſcriptus eſt contra quẽ duos anticatones edidit cæſar.Imitatꝰ eſt Cicero theophraſtum in calliſthene. HOrum libroꝝ:qui ſunt de philoſophia. CVMqꝫ Ariſtoteles:imitatorem ſe profiteẽ Cicero ſummoꝝ philoſophoꝝ etiam in arte dicendi. SVBtilitate:philoſophico acumine. TVM copia:ubertate orationis. REFErendi:ponendi & ad numerandi libris philoſophicis:cum philoſophi ꝓpriũ ſit de modo ſpeculandi:agẽdi & eloquẽdi p̄ſcribere. TRES:in qbus a M.Antonio:& L. craſſo de mediocri oratore:ac ſummo copioſiſſime diſputaẽ:Rhetoricorum ad Q .fratrem iccirco non meminit qm̃ adoleſcenti exciderant:cum rudia quædã & inchoata continereut:rhetoricos ad herennium alibi aſſeueraui Ciceronis non eſſe:ſed inepti cuiuſdã imitatoris. AD reliqua:quæ ſuperant enodanda:& illuſtranda in his diſciplinis. ACRI:prõpo:& ſollerti. GRAuior efficacior ad impediendũ hoc ſcribẽdi ſtudiũ. LOcum:ſniam:& partem. PAteret:explanatus eẽt & declaratus. HIS moribꝰ:corruptis & deprauatis ob publicæ diſciplinæ perturbationẽ:& ſic licẽtiam ſui tẽporis notat:& uiolẽtiam cæſaris:imo corruptelã. TEMporibus:conditionibus tempoꝝ:& ſoluta uiuẽdi grauitate ac formula. PROlapſa:corrupta:& diſſoluta.

OPIbus auxiliis:uiribus:& conſiliis. REfrenanda:

COERcenda:aſtringenda:honeſtatis uinculo:ut redeat ad officii formulam. STVdia:exercitationes philoſophicas:& cõmentationes. LATE patere:multum ꝓdeſſe. INDVſtria:ſtudioſus labor:& philoſophica ĩſtitutio:& exercitatio in publica adminiſtratione q̃ patet latiſſime. ACquieſcunt:delectanẽ:nec græca in eodem genere requirunt. STVdio:cura. IN dies:quotidie magis ĩſtigatur. Q VOS:ætate prouectos:& legendi ſtudioſos. MAgnificum:amplum:& honeſtũ Romano nomini diſciplinis:ac linguæ. DE philoſophia:celebrata hactenus a græcis:& nullum habente latini eloquii nitorem.Romæ ſiquidem ante Ciceronẽ peregrinabaẽ:a quo romana ciuitate:ac latino iure donata eſt. Q VOD aſſequar:efficaciam:obtinebo.

ægritudine lenienda tertius.Q uartus de reliqs animi perturbationibus.Q uintus eũ locũ cõplexus ẽ qui totam philoſophiã maxime illuſtrat. docet eni ad beate uiuẽdum uirtutẽ ſe ipſa eẽ cõtentam. Q uibus rebus editis tres libri p̄fecti ſunt de natura deorum:in quibus omnis eius loci quæſtio continetur. Q uæ ut plene eſſet cumulateqꝫ perfecta:de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere:quibus ut eſt in animo de fato ſi adiunxerimus:erit abunde ſatiſfactum toti huic quæſtioni. Atqꝫ his libris annumerandi ſunt ſex de r.p.quos tunc ſcripſimus: quũ gubernacula rei pu.tenebamus:magnus locus philoſophiæqꝫ ꝓprius:a Platone:Ariſtotele: Theophraſto: totaqꝫ peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de cõſolatione dicam? q̃ mihi qdem ipſi ſane aliquãtulum medeẽ:cæteris item multũ ꝓfuturam puto. Interiectus etiam eſt nuper is:quẽ ad noſtrum atticũ de ſenectute miſimus. Imprimiſqꝫ qm̃ philoſophia uir bonus efficiẽ & fortis.Cato noſter in horũ librorũ numero ponẽdus eſt. Q uũqꝫ Ariſtoteles itemqꝫ Theophraſtus excellentes uiri cũ ſubtilitate tũ copia cũ philoſophia dicẽdi etiã p̄cepta coniunxerint:noſtri quoqꝫ oratorii libri in eundem librorum numerum referendi uidenẽ. Ita tres erunt de oratore:Q uartus brutus:Q uintus orator. Adhuc hæc erant:ad reliqua acri tendebamus animo ſic parati:ut niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet:nullũ philoſophiæ locum putaremus:q nõ latinis lr̃is illuſtratus pateret.Q uod:enim munus rei pu.afferre maius meliuſue poſſumus:q̃ ſi docemus atqꝫ erudimꝰ iuuentutem?his p̄ſertim moribus atqꝫ temporibus: quibus ita prolapſa eſt:ut oĩum opibus refrenanda atqꝫ coercenda ſit.Nec uero id effici poſſe confido: quod ne poſtulãdum quidem eſt:ut omnes adoleſcentes:ſed ad hæc ſtudia cõuertant:pauci utinã quorum tamen in rem pu.late patere poterit ĩduſtria.Eqdem etiam ex his fructum capio laboris mei:qui iã ætate ꝓuecti in noſtris libris acqeſcunt:quoꝝ ſtudio legendi meũ ſcribendi ſtudiũ uehemẽtius in dies ĩcitaẽ:quos qdẽ plures q̃:rebar eẽ cognoui. Magnificũ illud etiam Romaniſqꝫ hoĩbus glorioſum:ut græcis de philoſophia lr̃is nõ egeãt:qđ aſſequar profecto ſi

instituta

inſtituta perfecero. Ac mihi qdē explicādæ phiæ cāȝ attulit caſus grauis ciuitatis: quū in armis ciuilibꝰ nec tueri meo more rē pu. nec nihil agere poterā: nec qd potius qđ qdē me dignū eēt agere repiebā. Dabunt igiť ueniā mihi mei ciues: uel gr̃aȝ potius hēbūt: qđ quū eēt in unius ptāte reſp. neq; ego me abdidi: neq; deſerui: neq; afflixi: neq; ita geſſi q̃ſi hoī aut tpibꝰ iratus: neq; ita porro aut adulatus: aut admiratus fortunā ſuȝ alterius: ut me mei pœniteret. Id. n. ipm a Platone phiaq; didicerā: naturales eē cōuerſiōes q̃ſdam rerū p. ut eæ tū a pricipibus tenerenť: tū a populis: aliqn̄ a ſingulis. Qđ quū accidiſſet nr̃æ rei p. tū priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renouare cœpimꝰ: ut & aīus moleſtiis potiſſimū releuareť: & ꝓdeſſemꝰ ciuibus nr̃is q̃ re cūq; poſſemus. In libris. n. ſn̄iam dicebamus. cōcionabamur: phiam nobis ꝓ rei pu: ꝓcuratione ſubſtitutā putabamus. Nūc qm̄ de re p. cōſuli cepti ſumus tribuēda eſt opera rei p. uel oīs potius in ea cogitatio & cura ponēda. Tm̄ huic ſtudio relinquēdū: quantū uacabit a publico officio & munere. Sed hæc alias pluribꝰ. Nūc ad iſtitutā diſputationē reuertamur. Nā quū de diuinatiōe. Q. frater ea deſeruiſſet: q̄ ſupiori libro ſcripta ſunt: ſatiſq; ambulatū uidereť tū i bibliotheca: q̄ i lyceo ē aſſedimus. At ego Accurate tu qdē iquā Q uite: & ſtoice ſtoicoꝝ ſn̄iaȝ defendiſti: quodq; me maxime delectat: plurimis noſtris exēplis uſus es: & iis qdē claris & illuſtribus. Dicendum eſt mihi igiť ad ea quæ ſunt a te dicta: ſed ita

INSTItuta: ꝓpoſita mihi & inchoata abſoluero. AC mihi qdem: rōnē huiꝰ iſtituti repetēs Ci. uiolationē rei pu. diplorat: & autori facit iuidiā: paritq; odiū. GRAuis caſus: ruina imperii & acerbiſſimū iſortuniū. IN armis ciuilibꝰ: diſſenſionibꝰ: & diſcordiis inter ſe principū: atq; plæbis. TVEri: regere: & cōſeruare ut cōſueui. NEC nil agere. i. qeſcere nequibā ocioq; marceſcere. DIgnū me: dignitate mea & ſtudio qđ a turpibꝰ uoluptatibꝰ abhorret penitus: hæc cura tm̄ ſupererat meis digna lucubrationibꝰ: actionibꝰ ſiqdē orbatus ad explicationē diuerti maximaꝝ reꝝ: & honeſtiſſimaꝝ. HAbebūt gr̃am: mihi debebūt obligabūturq; qđ talia nō omiſerim: cōſuluerimq; ciuibꝰ meis qua dať. ABDIdi: abſcōdi timore ductus & ignauia. NEq; deſerui: nō deieci aīum: neq; dedi me angoribꝰ: ſed fortis apparui i aduerſis: q̄ uiros explorant ut inquit ſyllius. AFflixi: cruciaui mœrore: aut deieci. HOmini: cæſari domināti.

TEMPOribus: cōditionibus tēpoꝝ & ꝑturbationibus: æquum animū ſumpſi inquit in his malis ut philoſophum decebat: cuius mētē aduerſa nō deprimūt: & proſpera non extollunt. IRAtus: inimicus & humanis caſibus ferendis ineptus. PORro: certe. ITA: ſic & taliter. ADVlatus: eblanditus. ADmiratꝰ: tanq̄ rem ꝓclaram: & ualde optandam: ſenſus eſt: cæſarea tyrannis magna mihi uiſa non eſt: ſed iſelix potius: ut exitus docuit: & meam conditionē lōge duxi meliorē: cū in ſtudiis honeſtiſſimus uerſarer & illuſtriſſimis: quapꝓ mei nō pœnitebat. i. nō mihi diſplicebam: aut uilis mihi uideť: & abiectus: ita loquimur me mei penitet. i. parua mihi mea fors uideť: & conditio. Vnde Terētianum illud me quātū hic operis fiat pœnitet: nec cæſareæ fortunæ inuidebam inqt cum illo me fortunatiorē ducerem. FORtunam: ſortem|cōditionē fœlicitatem: quæ magna his uidetur qui non a ſe ipſis pendēt: ſed a fortuna cui medium unguem oſtendūt ſapientes: erectoq; animo mādant laqueum: cæſar ſiqdem in opꝑſſione liberæ ciuitatis & patriæ uerſabitur: ac cæde ciuium. ego autem uirtute ſubnixus in me bona mea omnia reponebam: & imperans affectibus: bonarumq; artium ſtudiis incumbēs dignitatem meam retinui & ordinem.

NATVrales conuerſiones: uſitatas commutationes quas in octauo de re publica ponit Plato: & in ſua ciuilitate Ariſtoteles. A PRINcipibꝰ: optimatibus & nobilibus. A POpulis: & hæc popularis gubernatio appellatur. A SINgulis. i. regibus: aut tyrannis: & diciť monarchia. PRIſtinis muneribus: officiis & actionibus quas publicis uſibus ipertiebā. STVdia: philoſophicas cōmētationes qbꝰ adoleſcens operā dederā: illaq; intermiſi cum honoribus publicis & muneribus inſeruire cœpiſſem: quibus ablatis priſtinas exercitationes renouaui. MOleſtiis: angoribus ob libertatis iteritum: & patriæ calamitatem. REleuareť: recrearetur: & erigereť pene proſtratus: onereq; cerarum ꝓſſus & afflictus: ad hæc omnia remedium pollicetur philoſophia. IN libris enim ponit modum quo profuit ciuibus: ſtante re publica inquit omnis meas curas in eius honorem & decus conferebam: nunc dicēdis in ſenatu ſentētiis: conſulendoq; in medium nunc reis in foro defendendis: euerſo autem rei communis ſtatu de philoſophia libros compoſui in quibꝰ arcana quædā reſerans conſului moribus ac igeniis: & ſcriptio hæc philoſophica fuit mihi loco publicorū cōſiliorum: & orationum quas in ſenatu habui: & i foro. SENtētiam: iudicium noſtrū a periebamus de negociis publicis. CONcionabamur: habebamus orationem ſenatoriam: & forenſem. CVRAtione: adminiſtratione: gubernatiōeq;. SVBſtitutam: ſubrogatam & illius loco poſitam: ut ſcilicet eam eo animo curaremus: quo prius rem publicam excolueramus: & ornaueramus. NVNC: poſt necem ſcilicet tyranni quem annos tres: & menſes ſeptem oppreſſa pertulit ciuitas. DE REpublica: communi negocio ciuitatis iam riſipiſcētis & ad libertatē aſpirantis. CONSVLI cœpti ſumus: rogari ſn̄iam in ſenatu de publicis cōmodis. OPEra: labor & iduſtria. HVIC ſtudio: philoſophicæ ſcriptioni. VAcabit: uacuum tempus erit: & publicis curis non impeditum atq; diſtrictum. MVnere: onere atq; labore communibꝰ ſtudiis: & potioribus debito. INSTItutam: propoſitam & inchoatam. LYceo gymnaſio quod ad imitationē Ariſtotelicam hac appellatione honeſtauit Cicero. STOIce: ſtoico acumine ac robore. CLAris & illuſtribus de rebus magnis & exquiſitis: & ſic eos notat qui exempla parum honeſta ponunt: indecora: & ſordida.

nis ītolerabilius. Hæc ſūt Patrres quæ hactenus ſuꝑ g̃natiōnē nr̄ā euenerūt. Hic illud Claudiani libet repe/
tetere: E heu q̄ breuibus ꝑeunt ingentia cauſis: Impium tāto q̄ſitū Sanguine: tanto ſeruatū q̄d mille du/
cū peperere labores: Suꝑ cathedrā. Moyſi ſedētes ſcribas & Phariſeos taxauit dn̄s q̄m legē quā aliis intep̄ta
bant̄ nō ſeruabāt. Verū ſanctitatē ſimulātes & ābitiōe occupati poteſtate illis cōceſſa penitus abutebant̄
q̄d grauiſſimā cēſurā meretur & notā. Maxime inq̄t Chryſoſtomus accuſatione dignus eſt qui doctrinæ
autoritatem habens legem tranſgreditur. qui nanqꝫ alios corrigere debet preuaricatur. Deinde peccans
maiore pœna dignus eſt ꝓpter honorem. Demū q̄a plus corrūpit cū ad alios ꝑditionis exēpla tranſmittit
Sic natura iubet inquit Iuuenalis Velocius & citius nos corrūpūt uitiorū exempla domeſtica magnis cū
ſubeunt animos auctoribus. Quapp cū illis exprobraſſet hypochriſim quæ maxia iniuſtitia & habetur

& eſt.

& eſt. Vir.n.malus latere ſtudet ſub ſimulatione officii mala qbus eoꝝ iniuſtitia puniret̃ & ip ietas uatici
natus eſt dicens. Veniēt hec oīa ſup generatiōeꝫ iſtā. Demū illud terribile ītulit: Ecce relinquet̃ uobis do/
mus uřa deſerta. Vos aūt Patres ſup cathedrā xp̄i ſedetis: q fecit & docuit: q pauptatē dedicauit: q ut hūilita/
tē cōmēdaret miniſterio functus ē: q tandē ꝓ ouibus ſuis aīam poſuit. Dāna cōplurima ſup Chriſtianos
degeneres irruerunt. Cauendū ē ī primis ne domus nřa nřis tpibus deſerat̃. Tales certe xp̄iani quos deus
inimicoꝝ gladio nūc ulciſcit̃ effecti ſūt: quales Paulus Timotheo prædixit his uerbis. Erūt hoīes ſeipſos
amātes: cupidi: elati: ſupbi: blaſphemi: crimiatores: icōtinētes: imites: ſine bñignitate: ꝓditores: ꝓterui: tumi/
di: & uoluptatū amatores magis q̄ dei. hñtes ſpeciē qdē pietatis: uirtutē aūt eius abnegātes. Tu uero inqt
ſollicite cura teipſum ꝓbabilem exhibere deo operariū incōfuſibilē recte tractātē uerbuꝫ ueritatis. Hec ille
Thimotheo: Vos aūt Epiſcopi dictū uobis arbitremini & ſciatis. Ingratitudinē deteſtat̃ deus p Eſaiā his
uerbis. Filios enutriui & exaltaui ipſi aūt ſpreuerūt me. Væh genti peccatrici populo graui iniqtate: ſemini
nequā: filiis ſceleratis: ꝓcutiā uos ultra addētes ꝓuaricatiōeꝫ. Terra uřa deſerta: Ciuitates uřæ ſuccēſæ igni:
Regionē uřam corā uobis alieni deuorāt & deſolabit̃ ſicut in uaſtitate hoſtili: lauamini: mūdi eſtote: aufer
te malū cogitationū ueſtraꝝ ab oculis meis. Expgiſcimini ergo Patres expergiſcimini: & gregē dñicū uo/
bis delegatū ſūma uigilātia cuſtodite. Epiſcopi ut noīe ſic & re ſpeculatores eē debēt: qbus ſub pſona Eze/
chielis ita dñs præcepit. Speculatorē dedi te domui Iſrael: audiēs ergo ex ore meo ſermōnē nūciabis eis ex
me. Si aūt uideris gladiū uenietē & tu nō annūciaueris ut reuertat̃ ipius a uia ſua: ipſe qdē ipius ī iniqtate
ſua moriet̃ ſanguinē aūt eius de manu tua reqrā. Ab eis inqt Aug. ſanctoꝝ martyrū ī ueritate feſtiua gau
dia celebrant̃ q ipſoꝝ martyꝝ exēpla ſequunt̃: deo qppe de martyꝝ uictoriis gřas agimus: & nos ad imi
tationē taliū coronaꝝ atq; palmaꝝ ex eoꝝ memorie r̄nouatiōe adhortamur. Illi certe ꝓ chriſti ouibus fu/
derūt ſanguinē. Vos abſētia uřa lupos ad xp̄i ouilia īmittitis. Illi tyrānis ī faciē reſtiterūt: uos cū illis xp̄i ſpo/
liū diuiditis: & ab illis pendētes cōtra libertatē uřam laboratis. Petrus Neronis crucē nō timuit. Vos tyrā/
noꝝ nutū horretis. Quinq; talēta a dño accepiſtis aliqd ſuplucrari cura ſit. Sup familiā ſuā dñs uos cōſti/
tuit ut detis illi cibū in tpe. Niſi uřæ prius reddideritis aliene uitæ rōem repoſcere graui autoritate nō pote
ſtis. Tm̄ inqt Gregorius dꝫ excellere actōeꝫ populi actio pſulis: q̄tuꝫ diſtat a grege uita paſtoris. Iccirco tu
Pr̄ Sancte: ad quē in calce iā oratōis me totū cōuerto: cui9 hūeris res xp̄iana multis uulneribus cōfoſſa inni
titur & q̄ſſata recūbit uigila: & eccl̃iaꝫ ſine ruga & macula xp̄i ſpōſam tibi diuinitus cōmiſſaꝫ clauibus apo
ſtolicis obſera: ne ad illā ipudentiſſimis pc̄is q undiq; pululāt: qbus oīa redūdant: quoꝝ maxia copia ē ac/
ceſſus pateat. Cōtra tot pharaones q noīe tm̄ xp̄iani ſūt re aūt petræ ſcādali: lapides offenſiōis: & tauri fero
ciſſimi q in matrē eccl̃iam: & xp̄i euāgeliū cornua erigunt zelo dei ductus aīo ſe cōſurge: uotis tuæ ſanctita
tis mō piis aderit dñs: q equos & aſcēſores marinis fluctib9 obruere cōſueuit. Libertati eccl̃iaſticæ Babylon
ſupba inſidiat̃: & xp̄i tunicā incōſutilē lacerare affectans patrimoniū inſup uorare cōtendit. Admiſce toxi/
cum apoſtolicū Pr̄ ſancte & auxilio dei fretus Nerones: & Antiochos petrino uecte ſuffoſſos trade Pauli
exēplo Sathanæ puniēdos in carne: ne aīaꝝ interitus ſubſequat̃. Imple facies eoꝝ ignominia: ut cernētes
manū magnā q̄ exercebit dñs cōtra eos nomē illius q̄rāt. & diuina caſtigatiōe repſſi ad ſe tandē redire co/
gātur. Gregoriū imitare dicentē qdā ſūt ſeruata charitate ꝓhibendi ñ ſola cura ne nřa ſubtrahant̃: ſed ne ra/
pientes nō ſua ſemetipſos pdant. Sentētia certe Gregorio digna pōtifice. Vobis uidētibus a Pilati appari/
toribus xp̄s capit̃: ligat̃: irridetur: cōtēnit̃. In hos diaboli ſatellites: & uaſa ſupbiæ: uaſa mortis ſtringe Petri
gladiū Pr̄ Sancte: ſꝫ ut Petrus. Irruite uos eccleſiæ militātis Cardines: Irruite in Malchi diſcipulos: & uřaꝫ
rēpublicā cui opes oīs uitaq; debetis ſi ueri apl̃oꝝ ſucceſſores eē uultis pio aīo capeſſentes dextras ſcindi
te auriculas: ut manu Ieſu xp̄i ſanari mereant̃. Officio tuo fungere. P. S. & id eueniat qd̃ deo placuerit. No
uit.n.deus e ſpinis roſas elicere: & de duriſſimis lapidibus Abrææ filios educere cōſueuit. Paulū caſtigatuꝫ
ex accerimo xp̄iani noīs pſequutore uas electiōis: & gentiū doctorē effecit. Imitare: Imitare fortiſſimū il/
lū Iudā Machabeū ꝓ populo dei pugnātē & dicētē. Nos aūt in oīpotēti dño q pōt & uenietes aduerſū nos:
& uniuerſū mūdū uno nutu delere cōfidim9. Verba dei ad Hieremiā tuæ ēt Sanctitati dicunt̃. Accinge
lūbos tuos: & ſurge: & loq̄re ad eos oīa q̄ pcipio tibi: ne formides a facie eoꝝ: nec.n. tiere te faciā uult9 eoꝝ.
Ego qppe dedi te hodie in ciuitatem munitam: & in colūnam ferreā: & in murum æneum ſuper omnem
terram: & bellabunt aduerſum te: & non præualebūt: qa ego tecum ſum ait dñs ut liberē te. Tanta tempe/

ſtas idcirco nobis ab aquilone conſurgit tantis procellis nauicula Petri dies noctesq; diuexatur & ad hu/
ius maris harenas pene deſcēdit: qm̄ Saluator noſter dormit: q p fidē ī cordib' xpianorꝝ uigilare deberet.
Eū igit' ſi ſecuri eē cupimus apoſtolicis uocibus excitemus pia mēte clamātes. Dn̄e dn̄e ſalua nos pimus:
ut ſedatis fluctibus ad portū ſalutis nos deducat q Stephano primo martyri lapidibus cōtuſo gloriā ſuam
oñdit: qua nos etiam dignos efficiat: & dignetur qui cū patre: ac ſpiritu ſancto regnat in æternum: Amen.

Ad. R. in Chriſto Patrem & D. D. Io. Cardinalem Mediolanenſem.

QVod a me præſul uenerande ac huius ætatis clarꝝ decus efflagitaſti iam habes. In me ignorantiā potius deꝑhēndi q̄ obſequm deſyderari quod excellētiæ tuæ debeo malui: & ut cōtumaciæ cri/men effugerē ineptus haberi facile ſuſtinui. Illud. n. moribus aſcriberetur. hoc aūt ſorte ingenita excuſatur, contra quam irrito labore contendimus. Laudatiunculam hanc (qualiſcunq; eſt) nomini tuo ſacratam edidi ut illam iuſſu tuo elucubratam fuiſſe ſcirent omnes. Vale: ac ut lubet clienti Marſo impera. Que poſſum uota concipio & pro communi uſu: cui generoſa mente proſpicis.

¶ Deprecor uiuas Pyliam ſenectam
Lætus: & nullo prohibente caſu
Vatis annoſæ ſuperes harenas
Optime Præſul.

¶ Facūdi Theologi ac huius memoriæ ſingularis Poetæ Magiſtri Baptiſtæ Mātuani Carmelitæ Carmen.

Aurea me genuit Petri facundia Marſi
Sum breue: ſed magnæ religionis opus:
Chriſtigenas laudo qui non timuere cruorem
Fundere pro patriis legibus atq; fide
Regna quot amiſit chriſti reſpublica poſtq̄
Cæperūt noſtri degenerare patres.

¶ Frater Petrus Mant. Carmelita Petro Nieto uiro præſtantiſſimo. S. D.

ORationem q̄ ex illo Petri Marſi lacteo fonte emanauit & a te uir ꝑſtantiſſ. mihi laudatā ꝑlegit di/uinus Poeta nr̄ frater Baptiſta Mant. Carmelita: Cuius iudicio ita laudatur ut indignū exiſtimeꝫ eam latere: & inuiduꝫ non cōmunicare: & qm̄ xps inqt luceant opera ueſtra bona coram hōibus ut glorificent patrem urm̄ q in cœlis eſt. Ergo cura ut īprimatur ut ſicut tibi nobiſq; eius lectio iucunda eſt ita multiplicatis eius p impræſſionem exemplis multos delectare poſſit & docere. Vale.

Petri Marſi Oratio in memoriam diui Auguſtini Pont. Hippon̄.

Dilectus deo & hominibus cuius memoria in benedictione eſt: Eccleſiaſtici. v. & xl. c.

ILla rudis antiqtas: & agreſtis inconditaq; multitudo Patres ampliſſimi: quæ olim p agros & ſyl/uas paſſim errans ritu ferarum uagabatur: pſpicaci quorūdam ingenio: ſumma quaſi ſupra hoīem prudentia excellentiq; bonitate ad ciuilem cultum & uitæ melioris cōmoda: necnon ad mores ho/minis diuini animalis excellentia dignos traducta de ſe benemeritos aut merentes dilexit ī primis. Et beneficiorꝝ memor Reges cæteroſq; cōi utilitati proſpicientes ut numina coluit: ac uotis oībus cœlo ſacrauit. Hoc idem populus ille quōdam electus & arto q̄uis uiculo illius legis quæ cōtuma/cibus horrorē īcutiebat aſtrictus grato aīo effecit qcqd a ſupmo illo numine conſecutus eēt acce/ptū referēs Moyſi: quē aſſertorē: quē ducē: quē deniq; legiſlatorē ac dei oīpotētis īterꝑtem ueneratus fue/rat: & ſequutus. poſtea uero q̄ lucifer ille nr̄ matutinus illuxit & legē euāgelicā quæ bona dr̄ annūciatio ꝓ/mulgauit: meliorib' auſpiciis lōge maiora xpi milites factitarūt: laborib' & uigiliis ñ pcētes: ut ſaluatoris nr̄i ueſtigiis īſiſterēt & ñ minus honeſtis actōibus q̄ doctrina diuinitus īſpirata oībus gētibus & natiōibus ad qs eorꝝ ſonus legiſq; gr̄æ ānūciatio ſimul & enarratio penetrauit, p uirili parte cōſulerēt. Quapp appella/tiōe hōeſtiſſima, oībuſq; gētiliū titulis ac triūphorꝝ laurea maiore hōeſtati ſūt. Qm̄ nullo mō erubeſcētes euāgeliū ignaras gētes: & callidiſſimi hoſtis multiplici laqueo irretitas docēdo ſoluerāt militātis eccl'ie do/ctores habiti ſūt & appellati: mūdo ī primis utiles: deo gratiſſimi: quos īter aqla illa grandis magnarꝝ alarꝝ

Auguſtinus

Auguſtinus nunq̃ ſatis laudatus:hereticoꝝ ſcutica malleuſq; duriſſimus. Necnõ ad ſuccidendas hære
ſes q̃ ſubinde pululabãt ualidiſſima ſecuris p̃ide ac nouũ ſydus longe refulget cui uelut colũnæ adamã
tinæ xp̃ianum dogma ĩnititur. Cuius honori & gl'iæ uir ille ſingularis dies nocteſq; ꝑſpiciens ordinem
hũc optimis moribus & ĩſtitutis auguſtiſſimũ pia mẽte ſacrauit:q eccleſiæ catholicæ nõ paꝝ ornamẽti
hactenus adiecit. Vñ maiorẽ expectationẽ ſuſtinetis patres imitãdæ induſtriæ maioꝝ uroꝝ quos ꝓpria
cõmoda mĩme rſpicientes ſectari debetis:ne penitus degeneraſſe uideamini. Quo nil turpius excogi/
tari poſſet:& me oraturũ tanti doctoris ãplitudo deterret:uereorq; ne ĩdignus ac rudis ampliſſimæ uir/
tutis laudator uidear:& ad imitationẽ parũ uehemens hortator:atq; ĩeptus. Etenim utrũq; mihi ꝓpo/
ſui ut & ipſa laudatiõe Auguſtini mẽoria celebret᷑:& cæteri ad uirtutẽ excitẽtur:quã in aliis uiderint ho
neſtari. Ea'orõne opus eſt inqt Plato quæ defunctos ſatis laudet:ſupſtites benigne moneat:& filios fra/
treſq; ad ipſorũ imitatiõez hortet᷑. Attamẽ cuz omĩo mihi currẽdũ ſit:nec iã diutius pedẽ retrahere aut
intra carceres ĩmorari liceat admotis hinc ĩde calcaribus principis mei Camerarii ordĩs huius auguſtiſ/
ſimi ꝓtectoris a quo ſors meá quãtulacũq; ẽ tota depẽdet:ne aures uras caſtigatiſſimas p longa exorſa
detineã:aut ſupfluis demorer ãbagibus ea tãtũ delibabo & ꝑſtringã qbus eminẽtiſſimus doctor Au/
guſtinus quẽ tãto apparatu cõſeſſuq; hõeſtiſſimo & ãnua laudatiõe ornatis dei & hoĩum dilectionẽ
ac memoriã nominis meruit ſempiternã. Cui rerũ maxĩaꝝ ponderi quoniã uires meæ nõ ſufficiunt:
in hoc p̃ſertim clariſſimoꝝ ingenioꝝ theatro:poſitis ut par ẽ genibus diuini numinis fauorẽ ac illud
cœleſtis mãnæ ſacrariũ ĩplorabo dicẽs. Aue Maria. ¶ Tagaſtũ erat ĩ Aphrica oppidũ ubi Auguſtinus
modicis parẽtibus patritio infideli & Monicha fidei catholicæ amãtiſſima natus eſt q diuina quadam
ſorte p̃ditus obſcuritatẽ nataliũ ꝓprio ſplẽdore illuſtrauit: qd primuz nobilitatis genus appellauit
Plato. Hic præclarã futuræ ſanctitatis & cõſumatiſſimæ doctrinæ ĩdolẽ a teneris ãnis p̃ſeferens ardua
q̃dã ſibi ꝓpoſuit:& magno mẽtis robore ſupra cõmunes uires illi' ætatis ſubnix' ad utrãq; ꝑfectionez
fœlicitatẽq; actiuã ſcilicet & cõtẽplatiuã:ad quã nati ſumus cõparandã ſeſe penitus erexit:ĩpellente ne/
ceſſariaq; ſuppeditãte patritio:ut tãtæ ſpei filiũ uideret diſertũ adiuuãte inſup matre catholica quæ uſita/
ta ſtudia doctrinæ ad diuinã grãm cõſequẽdã nõnihil ꝓfutura cernebat:qs inqt ipſe in ſecũdo uolumĩe
cõfeſſionũ nõ extollebat laudibus p̃rez meũ? ꝙ ultra uires rei familiaris ĩpẽderet filio qcqd etiã longe
peregrinãti ſtudioꝝ cã opus eẽt:multoꝝ enĩ ciuiũ longe opulẽtioꝝ nullũ tale negocium ꝓ liberis erat.
Herculeo itaq; ſupcilio ſpretis uoluptatũ illecebris:& iis oĩbus ĩ qbus puerilis ætas laſciuire ſolet. Mãda
uris qd oppidũ nõ lõge diſtat a Tagaſto grãmaticẽ cæteraſq; diſciplinas q̃s liberales uocãt ſũma inge/
nii ꝓpe diuini facilitate nullo pene docẽte ſic arripuit ut haꝝ diſciplinaꝝ publicos ꝓfeſſores facile ſupa
uerit:& illas prius habuiſſe uideret᷑ ipſo teſte q in q̃rto cõfeſſionũ uolumĩe ſic ſcribit. Quicqd de arte
loquẽdi & diſſerẽdi qcqd de dimẽſionibus figurarũ & de muſicis numeriſq; ſine magna difficultate
nullo hoĩum tradãt e intellexi: ſcis tu deus meus qa & celeritas ĩtelligẽdi & diſputãdi acumẽ donũ tu
um eſt:ſed nõ inde ſacrĩficabã tibi:itaq; mihi nõ ad uſuz ſed ad pnicie magis ualebat. O fœlicẽ ingenii
ubertatẽ: O præclaras animi dotes: O fortunatũ pueꝝ cui oẽ id qd hũanæ cõditioni optabile eſt beni
gna parẽs natura copioſe infudit. Nõ aurũ ꝓfecto nõ latos fundos nõ regna nõ ueſtes attalicas:non
ebur:nõ dimidiatos orbes ex ipſo athlãte petitos:nõ dibaphã purpurã triplicíue cõchilio repetitã:nõ
ĩndos uniones uotis oĩbus optare debemus: ſz ingeniũ quo Aug' ad reꝝ hũanaꝝ diuĩarũq; cogni/
tionẽ euectus ẽ:ſed honores quos illius mẽoriæ quæ in bñdictione ẽ grato aĩo pioq; tribuit eccleſia
fideliũ:quã ille agẽdo & docendo ex faucibus lupoꝝ gregẽ Dñicum uæſana rabie ĩfeſtãtiũ ut bonus
paſtor eripuit:& ꝓ ouibus ſuis exẽplo Chriſti aĩam ponere nũquã recuſauit. Ciceroni eloquẽtiæ prin
cipi Auguſtinũ magna ex pte acceptũ nos xp̃iani referre debemus: Ipſe nãq; ſic ait. Diſcebam libros
eloquẽtiæ in q̃ eminere cupiebã peruenerã in librũ quẽdã Cicerõis cuius linguã oẽs fere mirant᷑: liber
ille ĩpius exhortationẽ cõtinet ad Philoſophiã:& uocat᷑ Hortẽſius:ille uero liber mutauit affectũ me
um ad te ipſuz domĩe mutauit p̃ces meas & uota ac deſideria mea fecit alia. Viluit mihi oĩs uana ſpes
& ĩmortalitatẽ ſapiẽtiæ cõcupiſcebã æſtu cordis ĩcredibili & ſurgere iã cæperã ut ad te redirẽ:nõ ergo
ad lĩguã referebã librũ illũ:neq; mihi loquutionẽ:ſed qd loq̃bat᷑ ꝑſuaſerat. Sexdecim ãnos natus pa/
trẽ amiſit:& ab odioſo turpiq; lucro abhorrẽs generoſus aĩus ĩ ſuo prius natali ſolo:deĩde apud Car/

thaginē.Romā:Mediolanūq3 dicēdi artē adoleſcētes edocuit:docebā inqt ī illis ānis artē Rhetoricā & uictorioſā loqcitatē uictus cupiditate uēdebā.Nō maioris q̄ſtus gratia relicta carthagine Romā ſecōtulit:ſed fama īcorruptæ diſciplinæ allectus:q̄ hæc īclyta urbs quæ oīs fere gentes & natiōes a barbarie uīdicatas excoluit:plurimū cēſebat.Cui Ouidianū illud ī primis cōuenit.Dignus Roma locus quo de⁹ oīs eat. Mediolanēſibus claꝝ Rhetorē efflagitātib⁹a Symmacho urbis p̄fecto illuc diuīa ꝓuidētia miſſus ē:oēm philopſophiā ſic ē āplex⁹ut illā cōdidiſſe poti⁹q̄ didiciſſe uideret̄:dialecticē īmo iter ad reꝝ maxiaꝝ cognitōe3 expeditiſſimū ita calluit ut diuus ille Ambroſi⁹ Mediolanēſis ātiſtes & magnū id tēporis ecclīæ militātis columē deū p̄catt⁹ſit ut populū xp̄ianū a dialectica Aug. quē adhuc error manicheoꝝ detinebat liberaret:q deū alloquēs ī ſuis cōfeſſionib⁹ſicait:nō erubui tūc ꝓfiteri hoīb⁹blaſphēias meas:& latrare aduerſū te.Q uid ergo mihi tūc ꝓderat īgeniū p illas doctrinas agile:ac nullo admīculo hūani magiſterii tot nodoſiſſimi libri enodati cū deformiter & ſacrilega turpitudīe ī doctrina pietatis errarē:Monicha p filio erudiſſimo ſ3 a māicheis ſeducto ꝓfuſis lachrymis p̄cabat̄ altiſſimū.Q ui tātæ mr̄is: p̄ces nō ē aſpernatus: miſiſti inqt manū tuā ex alto.& de hac ꝓfunda caligine eruiſti aīa3 meā cū p me ploraret ad te mea mater fidelis tua:magis q̄ flēt matres corpea fūera. Videbat.n.illa mortē meā ex fide& ex ſpiritu quē habebat ex te & exaudiſti eā dn̄e:exaudiſti eā:nec deſpexiſti lachrymas eius cū ꝓfluētes terrā rigarēt in oī loco orationis eius.Querā matrē ac tanto pignore:ſūmaq3 laudatione digniſſimā quæ ad ſūmum bonū reuocare filiū nitebat̄:filiū qppe genuiſſe nō ſatis eſt bonis parētib⁹niſi ad pfectam imaginē penitus effingāt.Iā credebat Auguſtinus & uenenoſus ille coluber uirus malignitatis ſuæ ac liuoris euomēs:mētē iā ſana3 recordatione prioris uitæ ac iucūde cōſuetudinis inficere nitebat̄: Sed nil agis teterrima bælua & īuida nil agis malle⁹erit hic duriſſim⁹quo tuū caput tuoꝝq3 qbus impietatē & ſacrilegū dogma pſuaſiſti ut ad te raperes cōteret̄.Ligatus inqt erā nō ferro alieno:ſed mea ferrea uolūtate uelle meū tenebat inimicus:& inde mihi cathenā fecerat:& cōſtrinxerat me. Igit̄ inter æſtus cōtrarioꝝ affectuū poſit⁹q̄ diu:q̄diu cras: & cras:q̄re ñ mō q̄re nō hac hora finis turpitudīs meæ cū lachrymis exclamauit tātæ ꝓfecto molis erat tantā eccleſiæ colūnā erigere:ut Mātuan⁹ille uates de Romanis orbi terraꝝ īperaturis acclamauit. Tātæ molis erat Romanā condere gētem. Tū īqt īlla grādi rixa īterrioris dom⁹meæ:q̄ fortiter excitauerā cū aīa mea exclamo.Q uid patimur:Q uid ē hoc:ſurgunt īdocti & cœlū rapiunt:& nos cū doctrinis nr̄is:ſine corde ecce ubi uolutamur in carne & ſanguīe Tādē maternis uotis & Ambroſii doctrina ſanctitateq3 ſuffragantib⁹chriſtianæ religonis ueritatē adeptus ē:& diſcuſſo erroris nubilo quo erat obductus manuq3 Ambroſii fonte ſalubri regeneratus.Alter Paulus magiſter æccleſiæ doctorq3 gentiū poſt cōuerſionē ac fidei chriſtianæ aſſertor & hæreticæ prauitatis acerrimus hoſtis factus ē:in cāpo ſacraꝝ ſcripturaꝝ ſic equos īflexit ſuos:ita lacertos undiq3 mouit: tantis uiribus athleta Chriſti haſtā uibrauit in īpios.Tā lōga ſpatia ingēti ſpiritu tāta cōtētione trāſmiſit ut palmā & triūphū facile reportauerit.Q uid incredibilius inqt acutiſſim⁹ille doctor Scotus ī ſecūda q̄ſtione ꝓlogi q̄ ut ad legē cōtrariā carni & ſanguini doctores pauci & rudes: & pauperes poſſent plurimos potētes ac ſapiētes cōuertere:qd patet de multis ſapiētibus primo fidei rebellibus poſtea cōuerſis ut de Paulo prius pſecutore:poſt ea gentiū doctore & d Auguſtīo pri⁹p Manicheos ſeducto poſtea doctore catholico:Matre apd ciuitatē Hoſtiēſe3 ſūma charitate ſepulta quæ filii ſalutē ardēs:illū in Italiā ſecuta fuerat tres & triginta ānos natus in Aphricā tranſmiſit: & p̄ſbyter a Valerio Hipponēſi Epiſcopo auctoratus ſūma uigilātia & integritate uiā ſalutis populo reſeruauit uitā cum ſuis ſectatoribus agēs ab apoſtolis īſtitutā ordiniq3 ſacratiſſimo quo plurimū eccleſia dei cenſet̄:& fulget auſpiciū dedit.Tandē Hipponēſis eccleſiæ rector electus talē egit Epiſcopū q̄lē Paulus uas electiōis deſcripſerat & ꝑpetuū bellū indicēs hæreticis gregem ſibi diuina ꝓuidētia delegatum uigilanti ſtudio cuſtodiuit: & ueri Paſtoris baculo lupoꝝ rabiē lōge ſummotā penitus deterruit.Nil huius eminētiſſimi doctoris oī uita iuſtius.Nil cōſilio prudētius:nil aīo ī aduerſis fortius: nil mēſa citra ſimulationē uitæ ſeuerioris frugalius dici pōt.Ebrietas dicebat lōge ē a me miſereberis dn̄e ne appropinquet mihi in his tēptationibus poſitus.Certo quottidie aduerſus concupiſcētiā māducādi & bibendi de illicebra odoꝝ nō ſatago nimis cū abſūt nō reqro:cū adſūt nō reſpuo:paratus eis etiā ſemp carere:Nouerat certe uir optimus & erudiſſimus poſtremā iniuſticiā eē hoīem malū bonū apparere.

Quod

Quod ē a Platone ſcriptū diuinitus:nouerat etiā in uinea dñi ſe eē cultorē ut illā uepribus obductā nō minus actionibus q̄ uerbis excoleret. Ad ſalutē igitur gregis ſibi crediti anhelās:& uerbis ut decet Epiſcopū cōſentaneā uitā agēs eccleſiæ nō minus exēplo q̄ doctrina dies noctesq̨ ꝓſpiciebat ut oēs in eum tanquam ſanctitatis exēplar & oiu̧ uirtutū imaginē intuerent̄.Nouerat ꝑfecto dixiſſe dñm Vos eſtis ſal terræ q̄ ſi ſal euāuerit ĩ quo ſalietᷣ:& uos eſtis lux mūdi:nō pōt ciuitas abſcōdi ſupra mōtē poſita:neq̨ accēdit qs lucernā ut ponat eā ſub modio ſed ſup cādelabrū ut luceat oibus q ĩ domo ſūt Tanq̄ luīaria in mūdo inqt Hieronymus lucere debēt Epiſcopi:ut ex ipſoꝝ actuū luīe incredulæ mētes errātiū ignorātiæ ſuæ tenebras dēphendāt:& ut nō ſolum uiuus ſed ēt uita fūctus eccleſiæ ꝓſpiceret claris multiplicibusq̨ monimētis:quæ receſſere longū eēt poſteritati cōſuluit: fonteq̨ uberrimū recluſit:a quo tot riuuli qbus irrigata uiret eccleſia emanarūt: & diuinis de trinitate libris de tribus pſonis & una ſubſtātia diſſerēs ſic copioſe ueritatē apuit:ut nil in tāta re tāq̨ ſublimi & a ſenſib⁹ remotiſſima nō ſupſtitioſis ingeniis ſed ueritati acqeſcētib⁹ deſideret̄. Et oēs q in curriculo ſacraꝝ litteraꝝ doctrinæ nomē adepti ſūt locos graues & ſublimes Auguſtino pricipi acceptos grato aīo referūt.Hinc Magiſter ille ſentētiaꝝ pēdet & reliq quos breuitatis cā ꝑtereo. Tanta ē huius eminētiſſimi doctoris eruditio:ut is craſſioris ĩgenii merito habeat̄ & hebetioris q eius ſingularē doctrinā auerſat̄ & dānat: Antiſtites ꝑfecto Graci pclara ſapiētia quondā ſubnixi publicē ſanxerūt in ſynodo apud Calcedonē celebrata qd eoꝝ mōimēta teſtant̄.ut q Aurelii Augſtini ſcripta dānaret anathema eēt.Laudat̄ moralis Philoſophiæ parēs ille Socrates & merito qdē. Laudat̄ diues ille Plato: cuius multiplicē doctrinā ſuſpexit ātiqtas.Laudat̄ artifex ille diſciplinaꝝ ac ĩmēſæ ſubtilitatis Ariſtoteles quē naturæ ĩterpretē nō nulli appellarūt. Laudat̄ Muſa illa attica xenophon & reliq quos ĩ multis fœlix illa ætas ut numina coluit: hos iuſta laude nūq̄ fraudabo:ſed illis lōge Auguſtinū ꝑponā.Naturalis qppe cognitio philoſophoꝝ ad ſalutē nullo mō ſufficit:illā cū philoſophis & diuinā neſcio quo fato:q̄ dīna ꝓuidētia illis denegatā cumulatiſſime habuit Auguſtinus. Varii philoſophātiū libri de re publica. Quid ad ciuitatē dei? in q̄ ſic Chriſtianos ĩſtituit ut illos ad uerā fœlicitatē ꝑducat:finē noſtrū eē ad id rgnū puenire cuius nullus finis ē:ingenioſe cōcludēs.Duobus tū clariſſimis luminib⁹ Hieronymo & Auguſtino fulxit eccleſia:Hieronymus plurimū linguaꝝ noticia:ſacraꝝ ſcripturaꝝ ĩterꝑtatione multiplici doctrina & excellēti:necnō ſūma dicēdi ubertate ac ſanctiſſimis morib⁹ clarus habet̄ & fuit.Quē Auguſtinus ætate filius lʒ dignitate pr̄ ut Hieronymus ingenue fatet̄ & ſcribit uenerabat̄ ĩprimis.Cū quo certare indecoꝝ ſibi iaʒ ducēs Hieronymus eū ſic epl̄a monuit.Senē latitātē ĩ cellula laceſſere deſine:ſin aūt tuā uis ul̄ exercere ul̄ oſtētare doctrinā q̄re iuuenes & diſertos & nobiles q poſſint & audeāt tecū cōgredi & in diſputatione ſanctaꝝ ſcriptuaꝝ iugum cū Epiſcopo ducere.Ego quōdā miles nūc ueteranus & tuas & alioꝝ debeo laudare uictorias:nō ipſe rurſus effœto corpore dimicare.Itaq̨ ſanctus ille ſenex cōtēplationi deditus ſolitudinē q̄rebat & latitabat in cellulis:ſed q̄q̄ Auguſtinus nō minor Hieronymo in cōtēplationib⁹ lōge aūt maior in actionib⁹ uidet̄. Tamē pſpicaciſſimo ĩgenio moribusq̨ ſanctiſſimis a me nō fiet iniuria:pari uertice penetraſſe cœlos affirmo:ut de clariſſimis priſcæ philoſophiæ luminib⁹ Platone ac Xenophōte Gellius cēſuit.Cæteri aūt doctores tā nr̄i q̄ externi Auguſtino ĩgenii palmā tribuētes illū altius ĩgrediētē lōgo ĩteruallo uenerabūdi ſequunt̄. Deniq̨ cū Gēſerici uādaloꝝ regis feritas ĩ Aphricā ſæuiret ac hippo regius artiſſima barbaroꝝ obſidiōe ꝑmeret̄.Quos hæreſis arriana ĩfecerat deū ꝑcatus ē Auguſtin⁹ ut ciuitatē illā hoſtili uallo circūdatā liberar̄ dignū duceret aut ſi ei⁹ maieſtati aliter uideret̄ ſeruos ſuos ad e⁹ uolūtatē obeūdā fortes efficerēt:aut certe ĩpēdētib⁹ malis eū morte ſubtraheret:& hui⁹ uoti cōpos fact⁹ ſeptimū & ſeptuageſimū ānū agēs ne illi⁹ urbis direptionē uideret. Tertio mēſe obſidiōis febre correpť pie ac ſācte diē clauſit extremū: & aīa illa ſāctiſſima ad creatorē ſuū fœlicter euolauit:ut eo ad quē tāto ſtudio laborib⁹ & uigiliis āhelauerat frueret̄:& hippo regi⁹ tāti Pōtificis ſepulchro plus hōeſtat̄ ē q̄ regia quōdā regū q urbē illā celebrarūt. Vñ Sylli⁹ & ātiqs dilect⁹ regib⁹ hippo.Cū igit̄ Augu.ſupra cōditionē nataliū facultateſq̨ domeſticas altius ſeſe erigēs & calcata uoluptate arduū uirtutis iter ĩgreſſus id omnē fuerit cumulatiſſime cōſequutus ad qd hō naſcit̄ & rei publicæ Chriſtianæ ĩprimis ꝓfuerit:& ñ minus agēdo q̄ docēdo edificarit eccleſiā ut ille mādauit quē ſalutis noſtræ auctorem cōfitemur & colimus deo cui ſtudioſe militauit:& hoibus quorū cōmodis ꝓ uiribus cōſuluit merito dilectus ē:& eius memoria ĩ benedictione apud deū & hoīes iu

re celebrat̃ & uiget:cuius ueſtigiis inſiſtendū ē illis q Chriſti militiā auſpicat̃ & illos imitari exoptant
quos nō in umbraculis nemoroſæ quondā academiæ Plato: nō in lyceo Ariſtoteles:nō ſcurrilis ille
Ariſtippus:nō Epicurus ī hortis oſcitās & uoluptatis magr̃ īeptus:ſed autor ſalutis nr̃æ Chriſtus in/
ſtituit q nobis primi parētis culpa errātibus ad cœlū iter oñdens æternæ uitæ ꝑmia reſerauit: & crucis
uexillū erigēs cōtra mūdi huius illecebras & fortūæ gladios ut nobis exēplo eēt fortiſſime dimicauit.
Quē ducē ſequuti maiores nr̃i ad cæleſtes theſauros anhelātes mūdi huius diuitias magno aīo cōtē
pſerunt:nō aſſētatōibus:nō ābitu:nō ꝓnſatiōibus:nō arte:nō largitiōibus:nō ſimulatōe magiſtratus
in eccleſia dei & ꝑlaturas aucupabant̃:ſed uocati a deo tanq̃ Aaron ad aliorꝫ curā nō tāq̃ ad auri aucu
piū & rapinā:ſed ad opus a diuina ꝓuidētia delegatū ad labores:ad miniſteriū:ad ſolicitudines:ad mar
tyrium deniq; accedebāt ut gregē Dñicū ſūma uigilātia cuſtodirent ac reꝓmiſſā iuſticiæ coronā acci/
perēt. Maiores inq̃ nr̃i mēores illius q dixit. Exēplū meum dedi uobis ut quēadmodū ego facio ita &
uos faciatis. Religionū fundamēta iecerūt:deo & hōibus dilecti:qbus in uinea dñi dies nocteſq; labo
rātibus illiud cōueniebat ī primis. Cor iuſti meditat̃ ſapiētiā & lingua eius loqtur iuſticiā:ac uita fūctis
ī mēoria æterna erit iuſtus. Nūc aūt timēdū ē patres dicā qd ſentio:& dicā liber̃ timēdū ē inq̃ patres ne
religiōes quotquot ſūt deceptōes appellētur:& paſtoribus peccuniarꝫ loculis p nefas & nefas cōpatis
auare icubātibus merito dici poſſit. Mortui ſūt diuites & in īferno ſepulti:deflexit eni ut uerbis Cice/
ronis utar. Iā nō aliquātū ſed multū de ſpatio:curriculoq; cōſuetudo maiorꝫ. Anhelāt qppe īpruden
tes & idocti ad magiſtratus:q ſūt ad alios nō ad ſe. Ac uirū oñdūt ut ē a philoſopho ſcriptū diuinitus
& ſic cuſtodes cuſtodū indigēt: quo ut īqt Plato nil poſſet excogitari abſurdius. Tales hoīes pōderi
rerꝫ nulla ex parte ſufficētes in alto ſolio caligāt:& cæcus cæcū ducit ut ābo ī foueā cadāt. Toto īpetu
clauū inuadūt temerarii ut ſutilis nauicula ſaxis īpacta naufragio peat ac penitus diſſoluat̃. Auara cele/
no uncis unguib' raptura nūmos occupat ꝑlaturas immēor Gregorii ſic monētis. Scire debēt ꝑlati
qd ſi puerſa unq̃ ppetrāt tot mortibuſ digni ſūt quot ad ſubditos ſuos pditōis exēpla trāſmittūt:Sarda
napalū uiuētes & ab dñi ſuo nati nō gloriæ publica bona & Chriſti ꝑrimoniū rapiūt ut ꝓtendere poſ/
ſint aq̃liculū:& qd paupibus diuidēdū eēt abiiciāt in palatū:& uētre obeſo bucciſq; ſagina tumētibus de
cōtinētia diſputēt:& ieiunio:de qbus ita querit̃ deus p Prophetā:Paſtores demoliti ſūt populū meū &
paſcebāt ſemetipſos:ſyllanas ceſareaſq; dictaturas īmo tyrānides nulla nō arte ſibi ꝓrogāt hypocritæ
triſtes aut plures ānos habeāt ad rapinas:& ſub ouillo tegmīe lupi rapaces cōi peculio ꝓprias locuple/
tēt domos. O ſtultas religioſorꝫ mētes. O pectora cæca:rē uiliſſimaꝫ ꝓ aīæ gloria cōmutamus:obliti ſu
mus dixiſſe dñm Vhæ uobis diuitibus q cōſolationē ur̃aꝫ hic habetis:pr̃ ille ueſter Aug9:Cuius hodie
celebritatē merito recolimus toxicū eē aīæ pecuniarꝫ cupiditatē clamat:Eccleſiaſticus ita cōciōat̃. Si di/
ues fueris nō eris a delicto īmunis. Paulus Thimotheū ſic īſtituit. Qui uolūt diuites fieri incidūt in la
queos diaboli:facūdus ille ſenex Hieronymus Nepotianū ſic alloqt̃:obſecro itaq; te ac repetēs iterū
iterūq; mōebo:ne officiū clericatus:genus āntiquæ militiæ putes.i.ne lucra ſæculi in chriſti q̃ras militia
ne plus habeas q̃ cū clericus eē cœpiſti. Ignomia ē oīum ſacerdotū ꝓpriis ſtuder̃ diuitiis:quātis ſudori
bus hæreditas caſſa expetit̃ minori labore ꝓmiſſa Chriſti margarita emi poterat. Diſcat inqt Prelatus
ſe eē:ex ore ꝓphetico nō tā ad īperādū q̃ ad fatigādū aſſumptū:diſcat opus eē ſarculo ñ ſceptro:pace
nō bello:uirga correctionis nō gladio punitionis. Nō ānus ꝑfecto ſufficeret ſi talia maiorꝫ noſtrorꝫ:
tū gētiliū:tū Chriſtianorꝫ documēta recēſer̃ pgerē. Quapp receptui iā canēs ad me reuertar. Nouiſtis
eni illa Patres ſed hoc in morali Philoſophia nō ſufficit. niſi cognitōi & uerbis actio cōſentanea ſeqt̃:
ad quā uos currētes īpello & hortor. Scitis patres ſcitis q̃ta ſit facta labes:quæ nota ſit inuſta religiōib'
eorꝫ culpa q ꝓ eo certāt & digladiant̃:qd ſi ueri milites Chriſtiani eēnt:ut uideri uolūt:penitus cōtēne
rent. Iā nō eſt q faciat bonū:nō eſt uſq; ad unū. Hæc hæc ē illa praua ætas atq; puerſa quā Hieremias
diuio ſpiritu afflatus notauit his uerbis A maiore uſq; ad minorē oēs ſtudēt auaritiæ:& a ꝓpheta uſq;
ad ſacerdotē oēs ſtudēt deceptioni:his malis tēporibus Virgilianū illud accōmodat̃. En quo diſcor
dia ciues pduxit miſeros. En qs cōſeuimus agros:principiū delyramētis Italiæ quōdā reginæ mūdi ui
ſcera diſtrahunt̃. Religio nr̃a ſanctiſſima chriſtianorꝫ culpa contēnitur:quæ undiq; ſqualida & lachry/
mis pfuſa genas ad uos clamat pr̃es:uos ꝓcat̃ uos īplorat:uos obteſtat̃:uos reuocat dicēs. Quoquo

fertis mea

ſertis mea ſigna uiri? Impēdentem ceruicibus noſtris ultionem cernimus. Attamē cæco impetu in preceps ruentes ſtrictum diuinæ iuſtitiæ gladiū non horremus. Optimam igitur uiuendi diſciplinā a maioribus noſtris traditam: ſed morum culpa iam labantem confirmate Patres: ne in filios diffidētiæ ac uipercam ſobolem ſuperni numinis ira deſcendat: & malos male pdens aliis uineam ſuam locet agricolis: q reddant ei fructum tēporibus ſuis: & in medium conſulentes illius ueſtigiis inſiſtatis: quem uobis patrem relicto mundo & eius mellito felle adoptaſtis ne prouerbium illud uobis conueniat. Canis ad uomitū ſuum rediit: pergite læto animo ut facitis columnæ fidei adhærētes. Quæ magna ex parte fulcit eccleſiam: & poſitis ad aratrū dominicum manibus retro nō reſpiciatis ne inepti regnis cœleſtibus diuino iudicio uideamini: ac ſanctæ Matris memoriā colite. Quæ prius uiſceribus deinde ſpiritu tam clarum ſydus mundo produxit: excuſſis uitiorum ſarcinis ſic expediti uiuamus ut cum dies noſter aduenerit Auguſtini & Matris ſuffragio ad cœleſtem pſiam euolemus: qua ille nos dignetur: cuius uexilla ſequutus ē Auguſtinus: & eſt in omne æuū benedictus: Amen.

¶ Petri Marſi funebris oratio habita Romæ in obitu Pomponii Læti.

VEtus fuit inſtitutum philoſophicæ grauitati conſentaneum uiri ornatiſſimi animos graui aliquo caſu afflictos: & dira ægritudinis mole proſtratos efficaciſſimis ratōibus ex uberrimo naturæ cōmunis & propriæ necnon eximiæ cuiuſdam eruditionis fonte manantibus lenitos erigere: nec pati falſa illos opinione miſeros eſſe: quibus aliquid incōmodi aut mors (qua plæriq terrentur maxime) aut fortuna quæ impetu temerario graſſat̄ īuexerit. Quod alioqui & uerum: & preclaro: ſapientiq uiro digniſſimū: acerbiſſimo tamen uulnere mihi cōfoſſo: & medicas manus īploranti repudiandū eſt: & affectis præcordiis poetico utendum. Cuius proprium & fuit: & ē addēdis lachrymis augere merorē & recēſendis malis: quibus opiniōe ita ſuadēte laborat̄ ad cōſolationis locos p formulas laudatiōis adrepere. Quis enim cōſtantiam ſic natura inchoatā: & diuturno multipliciq rerum uſu ita corroboratā habere poſſet ut tanti uiri: quātus Pōponius cōmunis & doctor: & magiſter fuit interitu temparet a lachrymis? Non eſt profecto humanū pectus qd hūanis caſibus nō tangitur: & iacturis. clariſſimos uiros ad bene de multis immo de omnibus gentibus: & nationibus promerendum faciliimos profuſis lachrymis q̄rula uoce: crebriſq ſingultibus deplorare par ē: nō qdem ipſoꝝ gratia: cum qbus tam præclare actū eſt: ſempq agetur: ſed ſupſtitum q eximia: & ſingulari quadam inſtitutione priuantur. Qua iactura bonis ingeniis ad ſuum cultū ſūma contētione anhelātibus nulla maior excogitari poſſet. Qualem terrarum & gentiū ſemp clarū lumen: & inclyta bonaꝝ artiū parens: & altrix Roma huius cōſumatiſſimi uiri nobis nō illi acerbo caſu nūc deplorat: & patitur. Quid enī hoc in ea quam profitebatur diſciplina eruditius habuit Italia? qd Roma pſtantius? Quid latini eloquii cādor antiquus? Hic Romanā linguā barbara inqnatione pollutā cū neſcio qd geticū blapteraret & uandalū penitus expurgauit: & lōgo poſt liminio reuocatā priſca iterum dignitate: ac iure latii benigniſſime honeſtauit. Hic ueteres ritus prudētiſſime ac religioſiſſime īſtitutos: uerū longa tēpoꝝ īcuria: & quadā ingenioꝝ hallucinatiōe obſoletos: & oblitteratos cōi huic patriæ plurima ſedulitate reſtituit: proq uiribus & auxit: & celebrauit: ut grauiſſima litteratoꝝ ſodalitate: collegioq auguſtiſſimo nil celebrius hac etate Romuli poſteritas uiderit. nilq iucūdius & ſūptuoſius q̄ ſua parilia publico cuiuſq ordīs gaudio ſpectata recognouerit. In tātis qppe antiqtatū tenebris etiā Pōponiani pceptores uerſati ſūt ut triūphalē pompā q̄ nūc imago Saluatoris noſtri Ieſu xpi ac triūphatoris īuictiſſimi decorat̄. & e ſacro Lateranēſi adyto ad exqlias nō minori ſcītate q̄ lætitia populi Romani deducit̄ priſca quedā orgia eē ore quidē (pace illoꝝ dixerim) duriuſculo aſſeuerauerit. ſed de his hactenus: Pōponii multiplices dotes atq āpliſſimæ Ciceronē Romani eloquii ſine cōtrouerſia principē iure ac merito laudatorem expoſcerēt. Quapp non laudandi (qd meæ facultatis non eſt) ſed teſtandæ pietatis gratia optimi ac ſapientiſſimi uiri (cuius uerēdum ante oculos poſitū cadauer ſine lachrymis intueri non poſſum) cumulatiſſimas uirtutes corde ut decet mœſto: & uerba impediente ſingultu delibabo. Ne

mea q̄licūq; laudatione careat tantum funus:& ut ego nō mō īgratitudinis:uerū & impietatis crimē effugiam. Nam qcq̄d eruditiōis eſt in me (ſi mō aliqd̄ eſt ego aūt ſentio q̄ ſit exiguum ac pene nihil non doctoris quidem culpa ſed mea) eminētiſſimo uiri huius ingenio: cōſumatæq; doctrinæ grato aīo acceptum refero & nūc fateor. & quo ad uixero fatebor ingenue. Quē tāti uiri caſus non ſolum mouet: uerū penitus affligit:& nil æque me angit q̄ q̄ magno dolori paria uerba reperire: uulneribus mentis parem multum effingere nequeo. Laudatio quæ uia q̄dā & ratione ꝓgreditur & cōibus uti- tur:& propriis. In his tñ uera laus illa fortunæ. Ingenio hæc tribuūt̄ & induſtriæ. Noſtri qppe natales patriā: nationē; parentes atq; maiores eligere nequeunt. Qui aūt: aut quales eſſe uelimus:& in quo genere uitæ cum decoro uerſari & exerceri iuris noſtri ē atq; arbitrii. Hinc cōmēdatio: hinc probrū; hinc nominis: & famæ celebritas: hinc uitæ ſilentium: tenebræq; diffunduntur:& ſurgunt.

¶ Dianium Lucaniæ oppidum eſt: qd̄ loco nomen a diana inditū in cuius ueluti ſacrario quodam & luco Pomponius noſter quaſi recens quidā Artemidorus natus eſt. Inclyto qdem patre Ioanne ſancti Seuerini & Marſici (ut nunc appellant) comite. Cuius filius Robertus Pomponii frater natu maior: & de more ſucceſſor ac hæres primus ex ea familia proauorū imag ībus ornatiſſima *Salerni* principatū paternis & auitis opibus: titulisq; adiecit: Pr̄ huius principis: Pōponii nepotis quē fortunæ iniuria e pricipatu deturbauit: eius nāq; prudētiā: roburq; mētis oīno præfractū turbo bellicus bis ex- pēdit Pomponius odiis atq; inſidiis nouercalibus ob clarā indolē quā puer a natura optime ſubor- natus: atq; inſtructus præſe ferebat fatigatus: atq; offenſus:& a teneris unguiculis ad maxīa quæque ſuſpirans nōa cōmunibus claritatem: ſed a ꝓpriis celebritatē atq; ſplēdorē diuino quodā generoſæ mentis ꝓpoſito indagauit. Illos imitatus q ut diſciplinas toto pene orbe fugiētes tandē aſſequerētur ꝑpetuum ſibi exilium indixerunt. alter quaſi Anacharſis. Qui atticæ humanitatis ardore incenſus & ciuilitatis: Athenas p tot maris diſcrimina nauigauit:& regiis inſignibus magno aīo contēptis de- ducente Toxari Solonis hūanaꝝ: diuinaꝝq; reꝝ ſapiētia id ætatis inclyti: reiq; publicæ prudētiſſimi moderatoris legumq; latoris cōſultiſſimi:& hoſpes & diſcipulus factus eſt. Et enī cum uix ex ephebis Pōponius exceſſiſſet clā patria cedē s ī Siciliā eo aīo tranſmiſit ut ea demū ſubiiceret oculis: quoꝝ adumbratā notitiā puerili quodā auſpicio:& Virgilianis lectionibus de ſylla charybdi: ac Aetnæ incē diis ꝑceperat & eoliis eo certe generoſi ſpūs adoleſcens ardore flagrabat q nobiles quondā phōs na- turæ uenatores atq; īterpraetes & muſaꝝ phœbiq; quondā ſacerdotes pioſq; uates: ut tantas felicis in- ſulæ dotes:& uulgata miracula ꝑſpicerēt inflāmauit. Luſtrata Sicilia: & locoꝝ natura ꝓ captu ingenii explorata Laurentii uallæ clariſſimi oratoris fama excitatus eſt: atq; īpulſus. Quapp ne iacturā tēpo- ris faceret (quā ille ſp duxit maxiā) nauigio Romā ſe cōtulit & Vallæ primū: deinde illo uita hōeſtiſſi mæ defuncto tēporis momēta nō remittēs Petro mōtopolitæ cuius cœleſte ingeniū ī poetis enarrā dis habebat̄ id tēporis eā dies nocteſq; nauauit operā: tātūq; lacertos ī litteraria paleſtra ſtrenuiſſimus tyro mouit: tali ſollertia trabalē ī ſtadiis apollineis:& mineruali harena uibrauit haſtā ut primum inter cōdiſcipulos locum facile optinuerit:& Pauli pontificis maximi: prudētiſſimiq; iudicio ac iuſſu illis efflagitantibus qbus Pōponianū acumen & ſublimes q̄ſi ſupra hoīē; cōmētatiōes notæ: erāt in albū doctoꝝ relatus organū illud rhetoricū naturæ maībus cōcinnatū ſic inflauit ut oīa gymnaſia: oīs Ita- liæ conuentus: cūctas deniq; gentes:& nationes Pōponiana uox ꝓuagata ſit: oīumq; uiciſſim linguæ Pōponianū nomē reſonarint. Alter quaſi ætate noſtra clariſſimus & uiuēdi & dicendi magiſter Iſo- crates. Cuius domus: ut uerbis Ciceronis utamur ueluti ludus quidam patuit: atq; officina dicendi: e cuius umbraculis plures diſpcilinaꝝ antiſtites ꝓdierūt q̄ belloꝝ duces ex equo illo troiano deſcēderit Diligētiſſimus tēpoꝝ cuſtos: & diſertæ antq̄tatis ꝑcipuus amator & cultor habitus ē & fuit. Domū; qppe in qrinali iugo: cōſtātinianiſq; thermis cōparatā hōeſtiſſima Romanæ iuuētutis cæteroꝝq; ſtu- dioſoꝝ uiroꝝ frequētia excoluit ſublimia prudēter euitās: ut & libertate ad quā nat' erat frueret̄:& adi tū oēm uiolentis ac fallacibus fortūæ ictib' ꝑcluderet. Qui nanq; marmorib' tāto negocio effoſſis: & lōge maiori aduectis regias extruūt:& ꝓuario cæli ſtatu nūc ſolē orietē nūc occidetē: nūc auſtrinos tepores: nūc gratū boreæ rigorē celatis & laqueatis cœnatiōib' excipiunt & turriū ſublimitate cœlo

minantur

minantur & aſtris grauiorem ſibi caſum paranti & ludicro fortunæ ſe exponũt quæ infima ſummis & ſumma infimis mutare lætatur. Tenuem & frugalem (citra ſordes) Pomponii uictum nõ depravatæ opinioni: ſed moderatæ uoluntati ac naturæ conuenientem qs nõ nouit? Sciebat certe uoluptatem docto hoie non indignam a ſe ipſo non a pretioſo: & multiplici popinarum nidore petendam eſſe. Ciborum ganeata & iucunda condimenta eſſe famẽ. Laborando demum & ſudando pulmentaria ſtudioſis uiris honeſtiſſime comparari. priſcos laconũ ritus genere uitæ comprobauit q publica conuiuia qm̃ parſimoiæ iuuentutem inſueſcerẽt phiditia nõ nulli uero a cõitate ciborum ſyſſitia nominarunt. Faciles mores: & æquitatem ſimplicitate conditam qs non admiratus eſt? Nemini quippe nocens nunc monendo: nunc docendo: nunc conſolando: nunc ſcribendo profuit omnibus. Et ut animi generoſitatem nullo terrore concuſſam fortuna ludum inſolentem ludere pertinax ut Lyricus poeta cecinit: & ſæuo læta negotio exploraret conſumatiſſimum uirum hunc aliquando uellicare nixa eſt: ſed id hactenus egit ut Pomponii nomen in omni genere uitæ ac ſortis conditione clareſceret. Vlyſſen deniq3 Homericũ imitatus eſt. nã felicitatẽ ñ minimã ducẽs ſi polytropos fieret: ideſt ſi mores multorum hominum uidiſſet: ac urbes. ad ipſum ſeptentrionem de quo mira quædam: & quaſi ſupra fidem ſtudioſe legerat acri animo conuerſus charinthiorum: ugroru3: polonorũ: ac ruſſorum finibus peragratis tataros attigit. & ad peucen flectens iter ſcythici arcus formam in euxino ponto cõtemplatus eſt & ad montanos peonas: macedoneſq3 ſpectandarum regionum auiditate diuertens egeas inſulas uadaq3 proſpexit. Ad ſummam Antonini cæſaris exemplo confectis cõmentariolis: & itinerario: ſuam Romam: cuius ob iucundiſſimam. & honoratiſſimam Romanorum ciuium (a quibus ut numen ſemper cultus eſt) conſuetudinem deſiderio uel maximo tenebatur auide remiſit. Sed inquies animus tam longa: tamq3 difficili peregrinatione non contentus: non feſſus ut urbis natalem a ſe renouatum: ac religioſe celebratũ poetica laurea honeſtaret: ac poſito ingeniis præmio ardẽtes animos inflãmaret annuente Xyxto quato pontifice maximo ut id de more ac uetuſto iure codicis facere liceret: media hyeme calcatis germaniæ niuibus: & alpiu3 pruinoſo uertice ritu herculis expugnato imperatorium diploma emeruit. Laboribus. & pecuniis pro facultate nõ parcens ut Romanæ gloriæ pariter: & honori: academiæ noſtræ conſuleret: efficeretq3 tandem ut prætextato pudore inſignis & læta bonarũ artiũ ſtudiis Romana pubes cuius eruditioni ac pudicitiæ paterna charitate dies nocteſq3 proſpexit Atticũ illud lyceu3 & academiæ illuſtrata nemora Ptolemæũ: & Poecilen nõ magis picturarum uarietate q̃ ſtoico ſupercilo illuſtrem & cætera id genus celebrata quondã monimenta parum uel nihil deſideraret: piẽtiſſimam Pomponii mente3 & xp̃ianæ ueritatis: ac religionis obſeruatiſſimã fuiſſe huius ſodalitatis cui erat initiatus: atq3 adſcriptus ſtatæ cerimoniæ ſolemneſq3 teſtantur. quas uenerabundus populo ſpectante ꝓ cõmuni eruditione ac bono frequentauit. Teſtis eſt illa ſacratiſſimæ uirginis matris uenerãda imago quã ipſe græco nomine quirinalẽ panagiam appellabat: Cuius ſacellum omni genere honoris & cultus docta & pudica diſcipulorum caterua ſtipatus decorabat: ut eos uere ſapientiæ initium edoceret. Teſtis eſt religioſiſſimus uitæ finis cuique uel ſanctiſſimo uiro conſentaneus: & conferẽdus. Diuinis quippe fulctus uiaticis inſignem ſapienti pietate ſpiritum quinq3 illa dominica talenta ſuperlucratũ uolens ac libens creatori reddidit. Sciebat eñi uir ſapientiſſimus mortem non eſſe miſeram niſi aut profligatis moribus: & a fidei ueritate auerſis. aut q̄bus inuitis legitimus eam rigor intulerit. ipſe uero a pueris bene uiuendo bene mori didicerat. Hi ſunt Pomponii ducis noſtri celebres natales: hæc uita: hi mores: hæc pietas hic ad cumulum felicitatis optãdus exitus: hæc ſpatia hõeſtiſſimo labore decurſa. In quibus mœſtus aĩus quocũq3 ſe uerterit nõ mediocre ſolatium reperit. Non enim multum refert unde quis oriatur: aut q̃ diu uiuat: ſed q̃ bene Doctrina inquit Horatius uim promouet inſitam. rectiq3 cultus pectora roborat: utcunq3 defecere mores indecorant bene nata culpæ. Vnus dies eruditorum (ut ſapiẽtiſſimus uſurpare ſolebat Poſſidonius) plus patet: q̃ imperitorum longiſſima ætas. Natura parẽs nulli ſe facturam ſuæ neceſſitatis gratiam uerbis ſubinde teſtatur & rebus. Aequiſſimo tunc animo appetenda mors eſt cum ſuis ſe laudibus uita occidens conſolari põt. Immaturus finis: aut inhoneſtus uiro ſapienti contingere ne

quit:& ĩ florẽtiſſimo uitæ curriculo ĩ æternæ maieſtatis nutu acqeſcere:nec ñ ĩ media honeſtiſſimorũ ſtudioꝝ celebritate neceſſario mortis ſomno cõſopiri ſumma felicitas & habet̃:& eſt:Iccirco ſiccatis. lachrymis:& nube frontis abſterſa ut rõ paulatim ſe colligens iã expoſcit Pomponianæ felicitati gra/tulãtes applaudamus:quã nulla unquã uetuſtas labefactare ualebit: paternas & auitas Lucaniæ opes: atqꝫ ſalerni fortuna ſæpe afflixit & Pomponii nepotẽ tãto quondaꝫ principatu ſubnixum crebris tñ exiliis diuexatum gallicos olim panes quaſi mendicare coegit:& nũc ad ſenogalliã deiectum Vene/tos fauores ambire compellit. Ad Pomponii uero ſigniferi noſtri gloriam longe lateqꝫ diffuſaꝫ il/lius furor adſpirare nõ poterit. Et qm̃ non ea ſolum oratione opus eſt:quæ defunctos habunde lau det:ſed & ſuperſtites benigne moneat:& bonarũ artium ſtudioſos adoleſcẽtes q̃ſi hæreditarios filios ad imitationẽ hortet̃:ꝓinde Pomponium talem ac tantum eruditionis parentẽ:ueræqꝫ nobilitatis:ac felicitatis auſpicaciſſimum ducem uobis imitandum ꝓponite iuuenes ꝗ ad animi cultum Romam ueniſtis:ad quos ueluti filios iam perorationeꝫ conuerto meam. Quid ĩgenii uires non ad inanẽ & fluxam:ſed ſolidã & ſtabilem gloriam ualeant hinc diſcite : fortunæ temeritas regna donat: illaqꝫ au/fert ad libidinẽ. Sapientia uero profunda & ſolida mole nixa loco ſemꝑ hæret:gradumqꝫ conſtãter & obnixe retinens fulget in tenebris:& alienis nunq̃ ſordibus obſoleſcit. Vos uos urbis alũnos uos ap pello:& ut tanti uiri ueſtigiis pio animo inſiſtatis q̃ maxima poſſum uoce cõtendens hortor & mo neo. Parilia ueſtra tanto Pomponii ſtudio renouata & culta excipite:ne lucanos Roma ſibi adoptet: ac celebret filios:uos aũt ueluti deſides priuignos atqꝫ degeneres auerſetur & dãnet:& ſi grati eẽ uul/tis (qđ maxime uelle debetis) Pomponii memoriã colite :qui ut Romanum nomẽ illuſtraret regni opulentiã:delitiaſqꝫ contẽpſit & quirinalem urm̃ incultũ prius atqꝫ deſertum ſceptris auitis generoſa mente præpoſuit: & ouidianum illud uſurpare imprimis lætatus eſt. Dignus Roma locus quo deus omnis eat. In preconia igitur Pomponii Ciceronis elogiuꝫ illud de Varrõe grato animo repetẽtes dicite. Nos ĩ noſtra urbe peregrinantis errãtiſqꝫ tanq̃ hoſpites tua ſtudia:& lucubrationes q̃ſi domuꝫ deduxerũt:ut poſſemus aliqñ qui:& ubi eſſemus agnoſcere. Tu ætatẽ patriæ:tu deſcriptiones tẽporũ tu ſacrorum iura:tu domeſticam:tu bellicam diſciplinam:tu ſedem locorum:regionũqꝫ:tu humanaꝝ diuinarũqꝫ reꝝ nomina genera: officia:cauſas aperuiſti plurimũ quidẽ poetis noſtris omninoqꝫ lati/nis & litteris luminis:& uerbis attuliſti. His & talibus Pomponii de uobis optime meriti nomẽ ue/nerantes uota mecum concipite ut nitidiſſimus ille ſpiritus emerito cœlo perfruatur. Illo annuente cui ſe Pomponius uiuens morienſqꝫ probauit:& eſt in omne æuuꝫ benedictus. Amen.

¶ Venetiis per Lazarum Soardum die penultima Nouembris. M.D. VIII. qui obtinuit a Domi/nio Veneto ꝙ nullus poſſit imprimere:nec imprimi facere in eoruꝫ dominio ſub pœna ut patet in ſuis priuilegiis.

FINIS.

EXCVSATIO LAZARI.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Quod mihi mendoſo grãmate uerſus eat:
Emendare uelis:nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis Bibiliopola tuus:
Sed turbata magis preſſoris inertia quando
Sera dedit laſſas artibus hora manus.

¶ Sola uirtus uincit omnia.

# Regiſtrum.

A

Illuſtria monimenta
Petri Marſi recõcin.
Marci.T.C.de diui.
excellentiſſima uirtus

B

prudentia.Quo
fluerent atq;
conformatio line.
ueritate cãrumq;

C

Leontium cõtra
celſæ cruribus
cuiuſdam fuiſſe
non colant:

D

alantur:&
teneatur:pſertim
Scite enim
eſt enim plena

E

quodam pacto
in medium locum
uehiculum argo.
temere de mundo

F

conficiunt
interpraetes ac
cum primis

G

Primum:ut
Nam fauni
conformatũ putarẽ

H

quid Vulcano
forum ſentit
hoc homine

I

prima alba
Vetus opinio
autoritatem pytha.
aĩaduerſa &

K

Erũnæ poſt
perſecutus eſt
extitiſſe:eodẽq;
Mater optima

L

Neq; ſolum
Curantes magna
uatibus contingit
uis quædam

M

nulla fortuna eſt,
nulla eſt.Sin
cognationem hñt
Nam dum haruſp.

N

iuge auſpicium
clariſſimarum
eoſdem eſſe
preſtantius:neq;

O

explodatur hæc
funguntur erudiens
& eſt.Vir.n.
Auguſtinus nunq̃

quin. x car.iiĩ.

Qui ducis uultus: & non uides iſta libenter:
Omnibus inuideas liuide nemo tibi.

Fata regunt finem:ſpero dii cæpta ſecundent.
Nemo confidat nimium ſecundis.

LAVS DEO OPTIMO: MAXIMOq;.